

Collegium anatomicum. Clarissimorum trium virorum. Julii Jasolini Locri, Marci Aurelii Severini Thurii, Bartholomaei Cabrolii Aquitani, : Per quos singulos collatae operae posteriore paginae facie patescent.

Contributors

Jasolino, Giulio, 1538-1622
Cabrol, Barthélemy, 1529-
Castelli, Pietro, -approximately 1657
Gayant, Louis, -1673.
Severino, Marco Aurelio, 1580-1656
Aldes, Theodorus, 1628-1689

Publication/Creation

Francofurti : Apud Hermannum a Sande, M.DC. LXIX. [1668]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/xkgbnmcq>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>


SEVERINI
IASOLINI
CABROLII
OPUSCULA
ANOTOMICA

ALDES
CONTRA
HARVEIUM
1668









43. 19

214

63219/3

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

SEVERINO, M.A., and
others

JU
M
B

COLLEGIUM ANATOMICUM.

Clarissimorum trium Virorum.

JULII JASOLINI LOCRI,
MARCI AURELII SEVE-
RINI THURII.

BARTHOLOMÆI CA-
BROLII AQUITANI,

*Per quos singulos collata opera posteriore pagina
facie pateſcent.*



FRANCOFURTI,

Apud HERMANNUM à SANDE.

M.DC. LXIIX.

JULII JASOLINI
HIPPONIATÆ MEDICI
QUÆSTIONES ANATOMICÆ,
ET
OSTEOLOGIA PARVA.

Cuncta in hoc libello contenta, sequens pagina indicabit.



CONTENTA IN LIBELLO HÆC SVNT.

DE Cordis adipe, quæstiones duæ, in quarum prima quid per adipem & pinguedinem intelligi debeat, inquitur, Ambarū differentia ex Aristotelis & Galeni sententia panditur.

Utramque in humanis corporibus reperiri cum Arist. & Avicen. traditur.

Triveris falsa opinio impugnatur.

Galeni positio primi de temp. ult. interpretatur.

In Secunda.

Tria proponuntur dubitanda, ut in prima parte quæstionis secundæ patet.

Ostenditur adipem, & non pinguedinem in corde contineri, primò auctoritate Avic. & Fern. 2. sensu. 3. ratione.

Fernelij errata deteguntur.

Neoterici opinio contra Gal. refellitur. Gal. locus de usu part. restitutus expolitur.

Probatum adipem, præcipuè ratione materiæ, & naturæ providentiæ gigni.

Crassiore sanguine, qui est materia adipis, cor nutriri, & falsa Bottalli opinio contra Gal. impugnatur.

Novus usus à nemine hucusque excogitatus ostenditur.

Per transennam plura, cum de quatuor humoribus secundariis, cum & de caloribus humani corporis & miranda nonnulla in Anatome observata, ac reperta traduntur.

In Tertia.

De aqua in Pericardio.

Primò ejus origo & substantia consideretur.

Illa etiam humoris copia, quæ in Thoracis cavo reperitur, observatur, quæ multos latuit.

2

Curtij sententia de aqua in pericardio refellitur, Vess. opposit. cō-
mendatur.

De ortu aquosorum horum humorum plura nova traduntur, & au-
thoritate Hip. Clat. Gal. & experimento cuncta probantur.

Ichorum & thoracem penetrantibus vulneribus emanantium no-
va & pulchra sententia panditur.

Usum horum de mente veterum denique complectitur.

Osteologia Parva.

Sententias omnium classicorum anatomicorum erga Syntaxin, si
ossium structuram brevi se junctis typis amplectitur.

Galenī sententiam ceteris veriorē ā magno Ingrassia profun-
dissime interpretatam demonstrat.


Denique obscuriora ossium nomina enucleantur.

Galenī opinio de usu *ἐπὶ πύστος* contra Vess. & Fall. defenditur.

Plura loca Gal. pro junioribus adduntur.

Ossium tandem numerum ad unguem explicatur.

Quamplurima alia notatu digna hunc libellū legenti occurrent quæ
nos consulo omisimus, nam ob libelli brevitatem neminem studiosum
eum legere pigebit.



IN PICTISSIMO DVCI

MARCO ANTONIO

COLVMNÆ, ROMANO
PRINCIPI.


Ac Sancti Fæderis Præfecto.

Julius Iasolinus felicitatem.

INter disciplinas jam adauctas illustrioresque redditas, Illustrissime
Princeps, est Anatome, cuius adhuc aliqua sepulta jacent. Nec mi-
rum profecto videri debet, si humani corporis fabricam, totius mundi
compendiū ejusque opificem intueamur. Ea mihi præcipue deesse vide-
bantur, quæ his quæstionibus ac parva Osteologia collegi: Ad parta im-
pulsus, quod, dum Anatomen Neapoli profiterer, de his maximè doctio-
res certabant, grave quidem onus, & meis viribus impar, quod nunquā
fulce-

fulcepissem, nisi tua excelsa columna fulciret. Scimus generosi sapientis-
que animi esse, mentem corpore oblitam ad rerum præstabilium con-
templationem erigere, ut quantum homo inter omnia excellit, perspi-
ciat, & corporis compagibus licet inclusus, tamen mentis agitatio ne fiat
originis suæ memor, & ipsius divinitatis particeps. Hæc vitæ perfectio,
hæc optima vivenditatio, quâ qui insignes sunt, amplissimis honoribus
afficiuntur, tum ob sapientiam, tum quod magna beneficia in homines
conferunt. Hæc in re præstantissimus quisque vir summopere laborat.
In quo quantum tua præcipuè gloria micuerit, maximè declaravit supe-
riori anno Turcarum classis à te victa. Romanum exemplar principi-
bus Christianis propositum est, quod imitentur. Qua ex re tantam læ-
titiâ urbs Roma cepit, ut more majorum tuam virtutem supplicationi-
bus triumphoq; illustraret. Sed quorsum ego res à te feliciter bello ge-
stas recensere conor? Cum eas vix unus aut alter liber vel maximus com-
prehendere queat. Hæc ratione cœlitis tibi Fælix nudique & ubique
Artos tradita conjuncta que est, ut ex eius nomine in re militari optimū
omen acciperes. Tua ergo singularis humanitas, ac liberalitas erga li-
teratos viros me impulit, ut has quæstiones, de rebus, quas tibi gratissi-
mas esse scio, tibi nuncuparem, etsi opus fortasse tractatione mea placere
non potest, dedicatione ac inscriptione saltem placere debet. Illud pro-
pterea me movit, quod cum sciam, te magnos Principes Regesque per-
petuo esse æmulatum, quorum non pauci sunt hoc studio delectati,
horum exemplo nostrum laborem abs te minime neglectum iri sum
arbitratus. Nam ut omittam Ægyptiorum Reges, qui suis manibus mor-
tuorum corpora dissecabant, ut abditos morbos scrutarentur. Marcus
Antonius Imperator, & prudentissimus, & optimus ex cadaverum incisi-
one sui corporis constitutionem ac temperamentum, discere voluit. Fla-
vius etiam Boethius Rom. Consul. tanto huius scientiæ desiderio fla-
gravit, quanto nemo unquam mortalium. Paulus quoque Sergius Ro-
manorum præfectus rebus bellicis ac philosophorum disciplinis clarus
huic studio præcipuâ operâ navavit, auth. Galeno, qui, cum corpora disse-
caret, hi duo non rarè intererant. Illud præterea non exigua laude in te
est, quod non ut Alexander, qui dolebat Aristotelem suos physicos libros
edidisse, tu mecum egisti, sed contrà quotidie efflagitasti, & iussisti, ut
hunc laborem ad communem humanæ societatis utilitatem emitterem.
Quâ in re extat eximia tua liberalitas, quæ te non solum hominibus ad-
mirabilem, sed Deo simillimum reddit, qui non alia de causa juxta Pla-
tonem, mundum creavit, nisi bonus cum esset, sua bonitate alios imper-
tiretur. Sed non ignoro, præ tua magnitudine hoc munusculum ferè

nullum esse habendum, sed tamen (ut omittam quod sæpè exiguae plan-
tæ dulcissimos fructus ferre solent) velim quoque inspicias, quid in ipso
occultè lateat, quod ad te præcipuè pertineat. Nam cum duabus de par-
tibus agat, quorum altera vitam, & calorè continet, altera verò humani
corporis columnas, quibus cæteræ partes firmanur, & adnascuntur.
Cui potius Cor dicari poterat, quàm tibi? Cujus consilio & fortitudine,
armis intrepidè nostra religio & sustentatur, ac fides Christiana defen-
ditur? Accipe igitur, Illustrissime Princeps, hoc exiguum munus, quod
si tanti feceris, quanti te facturum spero, majora deinceps atque utiliora
animo pro te confirmato scribam, Vale.



JULIO JASOLINO

Philosopho ac Medico
clarissimo.

Iohannes Bernardinus Longus S.

Magnam laudem eos affecutos, mi Juli, quorum inventis huma-
na societas vix atque ne vix quidem carere potest, nemo dubi-
tat: quæ tamen, cum & temporum injuria, & hominum vel
incuria, vel nimis callida, morosa, falsaque interpretatione germanam
sui cognitionem amiserunt, sit, ni fallor, ut & de illorum laude, nescio
quid detrahi posse videntur, & posterì nonnihil detrimenti accipiant.
Quamobrem si alicujus industria atque ingenio plana illa veraque sese
ostenderunt, quis dubitet tantam huic gratiam & inventores & poste-
ros habere, ut majorem propè laudem is, qui ea perinde quasi interierint,
ad vitam revocavit, quam illi ipsi, qui suo præ ingenio pepererunt, con-
secutos esse existimetur. Etenim quemadmodum turpius esse ducimus,
parta non tueri, quam nihil omnino comparasse; ita laudabilius puta-
mus, quæ perierint, restituere, quam quicumque per se quenquam
peperisse. Quamobrem cum in multis illorū veterum operæ jaeturis illa
etiam non exigua esset, quod pauci, atque adeo nemo, quid illi de cor-
dis pinguedine, quidve de adipe senserint, intelligeret, cum alii confusè
differerent, plerique malè in nostram linguam Græca verba converte-
rent (ex quo vel maxima rerum inscitia sæpè evenit) te onum nostra ætas
tulit, qui quidem ita distinctè, breviter quæ de hac re scripsisti, & antiquo-
rum Aristotelis, Avicennæque sententiam explanando, confirmando-

que.

que, & Galenum interpretando, ac defendendo, & nonnihil etiam per te inveniendo, ut majorem tibi in hoc gratiam, quam ijs ipsis primis inventoribus referendam censeam. Quapropter amabo te, quod tibi ingenium natura largita est, quod tu etiam ab ineunte ætate perpetuo, assiduoque studio adauxisti; ejus industria (ut cepisti) deinceps quoque hominum societatem te impertire, ne pigeat. Vale.

IULIO IASOLINO

Medico Doctissimo.

Et Anatomæ Professori disertissimo

JOHANNES ANTONIUS

Pisanus Archiater S.

EA fuit artium omnium inventio & constitutio, JULI Doctissime, ut in dies incrementum susceperint, quod licet in omnibus sit clarum, in Anatomæ tamen peritiâ est tam clarum, quam quod clarissimum. Nam ut missos faciamus antiquos illos Lylos, Manuos, Herophilos, Erisistratos, & alios à majoribus nostris tantopere celebratos, post divinum Galenum multos annos Anatomæ veluti, sepulta jacuit, nostra vero ætate perinde ac reliquæ disciplinæ omnes revixit, extulitque tantum caput, quantum lenta solent inter viburna Cupressi. Hoc quamvis debeat referri acceptum multis nostris seculi doctissimis viris, & potissimum uni Vesalio, verè ad Anatomiam nato, non defuere tamen post illum alij, qui partim nova inventientes, partim aliorum dicta latius explicantes, nunc ad summum fastigium illam extulere. Inter hos prima classe locum ubi dabimus JULI φιλόπορε. Nam dum diligentissime Anatomiam pluribus annis in hoc Gymnasio administras, multa quæ alios latuere, invenisti; omnia sincere explicasti; novosque usus à nemine hucusque excogitados in medium attulisti. Id quoque manifestum, jex iis duabus tractationibus de adipe, & pinguedine, & de usus adipis Cordis fecisti. Sed majora multò in dies à felicissimo ingenio tuo mihi pollicior. Perge igitur, & Remp. medicam, quæ tuæ partes sunt, juva, auge, perfice. Vale. & quod facis, me ama. Ex ædibus nostris III. Kalend. Octob. salutis anno M. D. LXXI.

6.
JOANNI BERNARDINO
LONGO

Philosopho Celeberrimo, Theologo, ac
Medico Doctissimo & insigni

JVLIVS JASOLINVS
S.D.

Sequentis questionis argumentum.

Quid per pinguedinem, & adipem seu sebum intelligi debeat: nec
non utramque in humanis corporibus secundum diversas partes
ex Aristotele & Avicennâ sententia reperiri, & Galeni positio in-
terpretatur, ac defenditur.

Quæstio prima.

Cum multa de cordis adipe ab anatomicis tradita comperiantur, Ber-
nardine Doctiss. operæ pretium me facturum putavi, si de ea, ut tibi
morem geram, dicturus, quæ ab aliis dici solent, ipse consulò omiserò.
Tria numero examini ad eius cognitionem perpendens, vel ad Galeni ru-
telam per quam utilia. Primò nominum confusionem, ac interpretum
circa *πυελις* & circa *σέας*, quæ latinè pinguedo, & adeps sonant, submo-
uebimus, ac quomodo differant, ostendemus. Secundò, quid utraque
sit, manifestabimus. Tertio dubitabimus, alterane ipsarum, an utraque
simul, ut Aristoteles & Avicenna sentire videntur, in humanis corpori-
bus reperiantur. Quod igitur ad primum attinet, scire oportet, quod
observavi apud Græcos, quod *πυελις*, quæ pinguedo, vel axungia la-
tinè sonat, impropriè, & genericè & adeps dici potest. Rursus observa-
vi, *σέας* apud Græcos idem esse quod adeps apud latinos, sebum in Ari-
stotele vertit Gala, ita, ut una met res sit cum adipe sebum, multis diffe-
rens à pinguedine, præcipuè siccitate, & duritie. Atque apud nonnul-
los temerè confunduntur ita, ut unum pro alio accipi soleat. Ipse autem
hujus confusionis causam indagans, duplici de causa eos errasse inveni:
Primò, quia viderunt nomen *σέας*, id derivatur à verbo *σεαρώ* latine im-
pinguo, quod quidem meâ sententiâ adipe vel sebo impinguescere signi-
ficat: eo, quod caremus tali simplici verbo, si latina veritas, videbis;

ut

ut *ἀπὸ τοῦ αἵματος*, atque etiam *πρὸς τὸν αἵμα* & *μαίνα*; Quamobrem interpretes con-
 fuderunt nomina, aliud pro alio lumentes, quod quidem, quantum à ve-
 ritate ipsâ absit (quâ nihil Philosopho antiquius) inferius patebit. Se-
 cundo forsan in magni Galeni verbis decepti fuere, quæ quidem hæc so-
 nant per Gaudanum lib. de simplicium medic. fac. 11. c. *περὶ πημάτων καὶ*
σέας h. e. de pinguedine & adipe, ut satis doctus interpret reddit. At
 tu, si voles oleosam & pinguem in animalibus substantiam omnem
 adipem appellato, (ut plerique medici) sed, & pinguedinem appellare
 licet totum hominis genus. Putarunt, quod hæc facultas nobis à Gale-
 no impartita sit ex suâ ipsius sententia. Atqui idem & Galeni locus insi-
 nuant nobis id falsum esse; præsertimque particula illa (ut plerique me-
 dici) patefacit, hæc namque ex aliorum, & non ex sua propria sententia
 sanxisse. At si adhuc etiam aliquis contendat, hanc sententiam veram
 esse, namque (& si fuerit aliorum medicorum) Galeno tamen non
 videtur eam respuere. Huic respondebimus, quod aliter ab eo observa-
 tum est, semper molliorem ac humidiorum substantiam pinguedinem,
 veluti crassiorem, duriorumque adipem appeller. Bonus igitur Galeni
 æmulus, ejusque sectator & non peregrinâ mente contemplatus videbit
 quomodo ex propriâ ipsius mente differunt inter se pinguedo, & Adeps,
 tum ex loco nuper citato, circa principium, tum & ex 11. cap. 3. lib. de a-
 lim. facul. ubi asserit, utrumque oleosum esse, verum humiditate, ac sic-
 citate inter se differre: Pinguedo namque humida quæpiam res est, oleo-
 longâ vetustate incrassato adsimiles. Adeps vero pinguedine multò est
 siccior, ideoque si calefactum ipsum fundes, coit, ac facillè concrevit, quæ
 Galeni verba perperam meo iudicio interpretata fuere à Hieremia Trine-
 rio, ut patet ex suis scriptis in fine prim. lib. de tempore. Et miror equi-
 dem quomodo in re tam clara hallucinatus fuerit tantus vir. Qui dum
 Avicennam carpit, quod malè Galenū interpretatus sit, eò quod nume-
 rat in homine præter adipem & pinguedinem, atque adipe humidio-
 rem esse asseverat. Ratus ex præcitato loco, de alim. fac. eum deceptum
 fuisse, quo in loco ut temerè is interpretatur, Galenus non distinguit hu-
 mani corporis particulas, sed diversas diversorū, alimentorū facultates,
 hæc dicens, ipse tandem in puerilem errorem incidit. Itaque omne il-
 lud, quod ipse in Avicenna falso objicit, qui bene ac ad amissim veram
 Galeni sententiam sectatus est, ut infra patebit, ei adscribi necesse est, et-
 enim vel adhuc non legerat, ante citatum Galeni locum, de simpl. med.
 factibus, aliaque plura, vel forsan placuit reticere, quo possit in Avic.
 irruere, eumque mordere, vel non benè verba ponderavit, quod mini-
 mè credendum censeo, namque lectio adeo clam extat, ut lippis & con-
 soribus

foribus, nedum doctis pateat, pro clariori autem doctrinâ propria Galeni verba hic adducemus, quibus probatur, adipem à pinguedine differre. Dehinc, quo veritas magis elucescat, probabimus, cum Aristotelo & eodemmet Gal. atque nonnullis aliis doctissimis viris, utraque in hominibus reperiri, & sic vera erit ipsius principis Arabum positio. Inquit Galenus, porro differt à pinguedine adeps, quod crassior sit, ac propterea animantibus totam naturam terrosiorem habentibus adeps provenit, velut humidioribus pinguedo; proinde pinguedo celeriter in ignem posita liquefcit, nec facile, ubi liquata fuerit, rursus concrefcit ac cogitur. At adeps nec facile funditur, liquefcitve, & fasus celeritè coit ac congelatur, multoque apparet pinguedine durior, ulus enim benè habitus pastusque ob naturalem temperamenti humiditatem multâ habet pinguedinem, At boves & capræ, & quæcumque id genus corrigere ob siccitatem adipem plurimum generant. Hactenus Galenus. Atque idem ante eum scripsit Peripateticorum princeps, Aristoteles l. 2. de partibus animi. ubi in cornigeris, atque adeo iis, quorum sanguis corpulentior est, scilicet, hoc est sebum si adipem (idem namque & apud bonos authores) notat. In his vero, quæ utrinque densata sunt, imo iis, quorum sanguis dilutior, aut serosior *μυελὴς* hoc est pinguedinem, non adipem, ut malè Theodor. & alii plures, ac Trimerius est secutus interpretati sunt, pinguedine erunt obesa; quæ vero altera, adipe sevo. Hanc sententiam secutus est Paulus Aegineta, dicens l. 1. Pinguedo & adeps pauci alimenti sunt, & stomacho nocent, quamvis l. 7. Steata seu adipem omnia hæc nominat; quin de his forsitan meminir. Hanc eandem opinionem insequuntur Theodor. Gezar. Gaudanus & Martinus Gregorius. Etii quidem interpretes Galeni verba de simplici medic. facult. transcripsisse videtur, atque nomina confundit, sumit enim pro pinguedine adipem, & loco adipis sebum Tetrabibli. primo serm. secundo, quem Fernellius secutus est. Hæc obiter dicta sint. Quæstio n. de nominibus inutilis est, teste Galen. Rursus eodem loco nuper citato de part. anim. sic definit Aristoteles: sebum & adeps inter se differunt, sanguinis ratione, est enim eorum utrumque sanguis concoctus per bonitatem nutriendi, consistitq; ex eo, quod in pulpam quidem animalis non absumitur, sed concoctionis alimentique bonitate præditum est. Naturam totius animalis intuitus est tantum Arist. non autem ejus partium singularum, probat enim quod ea animalia quæ sebum habent, parum aquæ & multum terræ continent; quæ vero adipem, eorum natura minus terrena est, patet, inquit, in illis eorum naturam refertam esse ejusmodi elemento, quod cornua gerunt, talosque obtinent, quæ quidem omnia natura sunt arida

Cap. 85.

Cap. 152.

lib. 6. de anat. ad min. c. 13. Ex plat. & 4. Meth. med. c. 4. & c. 14. ejusdem, c. 9. & sexcentibus aliis locis.

da, & terrena, hæc benè perlibravir. Atqui singularem partium naturam, earumque adipem vel pinguedinem minus agnovit, æquè ac Fer-nelius, qui sentire videtur, adipem non ubique sui similem esse, sed pro partis vi, & naturâ dissimili ut sequenti quæstione disputabimus. Idem Arist. Omentum membranam & sevosam aut adiposam pronunciavit, scilicet, utro modo pinguescere solet animal, quam plurimi quidem barbaram sectantes medicinam sentire videntur, propterea consistere pinguedinem in epiplou, quia est pinguedo sevola. Rursus addit Tiverius. Arist. itaque non nisi adipem in homine cognovit, atque hunc eundem Gal. secutus est. Postea autem oblitum fortasse reprehendit ipsum Avic. qui adipem, ac pinguedinem in homine collocat, ac putat, quod forsitan persuasus sit ex Aristotele l. 3. de hist. anim. ut utranque partem in homine ordinaret, dicens, pinguedo inter cutem & carnem sebum in fine carnis semper est, subjungit dehinc, atque huic loco Aristoteles. Quid faciam, nescio; itaque titubare videtur Triverius, dicens prius, quod Arist. non nisi adipem in homine cognovit, nunc vero tradit, quod idemmet Arist. utramque substantiam ordinavit; itaque sibi ipsi non constat. Præterea neque principis locum ostendit, verum mea sententia horum meminit Avic. non solum l. 1. Fen. prima doct. tertia, cap. 3. sed etiam eodem Canone Tersesmidæ, doct. tertia, cap. 3. concludit denique in suo Commentario Gal. variè de hoc fuisse locutum, ac modo unum, modo aliud intellexisse, reddit ergo ipsum inconstantem. Addit denique per adipem Gal. intellexisse pingue illud, quod omento allinitur, atque hunc in homine collocat, quod quidem uti clarè in superioribus ostendimus, cornigeris ipse tribuerat, Cato quidem humana suillæ comparari assimilarique debet, non autem ad Cornigerum ullum, ut patet ex historia à „ Gal. enarrata l. 3. de aliment. facult. Suillæ videlicet carnis similitudi- „ nem cum humana ex eo poteris intelligere, quod quidam carnes hu- „ manas pro suillis sine ulla in gustu vel olfactu suspicione comederunt, „ id enim ab improbis hospitibus & aliis quibusdam factum fuisse, jam „ compertum est. Tandem iis omissis apud bonos auctores verum est reperiri in homine pinguedinem in abdomine aliisque in locis & adipem in Epiplou, renibus, mesareo, oculis, & corde. Nec omitrendum esse conseo verissimum ac plurimum adipem contentum inter latum tendi- nem & cutem mediæ volæ manus, interiorique digitorum regione, velut etiam pedis, quem Anatomici substantiam carneam vocant, quod inter latum tendinem & cutem partim interjacet, partim tendini, sed minori portione subijcitur. Cæterum Arabes hallucinantur substantiam hanc extra musculi corpus simplicem, immistamque carnem esse affirmantes,

Cap. 17.

Cap. 1

Cap. 2.

Pro hujus
usu vid. Gal.
1. de usu
partium c.
13. vid. Plat.
in Tim.

quinimò & durioris istius adipis copia in ossium articulis colligitur, ut nedum magni Vesalii autoritas nobis suadet, verum & manifestè experientia ipsa confirmat. Vera ergo erit tum Avicennae tum Aristotelis positio, nec non & ipsius Galeni oratio primi de temp. neque circa jecur coire πμῆλ, pinguedo, non autem adeps seu umque (ut malè interpretes verterunt) potest: neque circa arterias venasque, aut cor, neque circa aliam ullam præcalidam particulam. Quoniam autem cogitur per id quod est valde frigidum, ideo calefacta liquatur, cæterorum congelatorum ritu, crasso namque oleo est similis. eoque congelatur, ubi cum frigidis & exanguibus particulis conjungitur Galen. teste ibidem. Rursus pro Galeni tutela etiam dicimus, pro ipse respiciens ad caliditatem partium tantummodo dixit in hisce partibus pinguedinem minimè cogi posse, forsitan ipsam causam efficientem solum intuitum non autem materiam, naturam ac usum. Hæc habui, quæ de adipe, & pinguedine circa præposita dicerem, at clarius in sequenti quæstione probabitur. Accipe igitur hæc qualiacunque hilari illa, qua me semper excipis, fronte, atque meliora, si tempus & vires suppetent, patienter expecta. Vale Bernardine Præstantissime, & quod facis, litteras & earum amatores fove. &c.

DE CORDIS ADIPE.

Doctissimo

JOANNI ANTONIO

PISANO,

Medico Eminentissimo, Regni que Neapolitani
summo Archiatro

JULIUS JASOLINVS

S. D.

Argumentum seq. Quæstionis.

O Stenditur causa Adipis Cordis, quomodo ibi & in nonnullis calidissimis nostris corporis partibus cogi & consistere possit. Novus denique usus à nemine hucusque patefactus traditur.

Post-

Postquam superiori questione de adipe & pinguedine, insignis
Pisane, satis locuti sumus, ac quomodo differant, ostendimus, nec non
substantiam omnem oleosam, & pinguem adhuc duo spectare, respice-
reque diximus, nec tertium genus, laridum vulgò, & à Trinerio appella-
tum addere placuit, cum sub pinguedine contineatur, hoc homines &
sues abundant. Remanent tres nodi quos mihi enodandos proposuisti,
qui adeò difficiles & arcti sunt, ut vix ab Hercule solvi possint, id onus,
etsi meis viribus impar sit, tamen eos exponere aggrediar, malo in me do-
ctrinam quam obedientiam desideres.

Primus nodus est, utrum in præcalidis particulis adips coire possit
ut experimento per Anatomen discimus cum in corde, tum etiã circa ve-
nas arteriasque in omento mesareo, & aliis nostri corporis partibus?

Alter nodus est, quomodo ibi concreseat cogique possit in fonte
caloris. Et cuius naturæ sit?

Tertius nodus, quem usum præter promulgatum obtineat in
corde?

Quoad primum, Arabum princeps verissimam hanc causam indi-
gavit, cuius hæc sunt verba. Pinguedinis autem & adipis diminutio sem-
per caliditatem significat quoniam pinguedinis & adipis materia san-
guinis est viscositas, & earum factor est frigiditas, & propterea in hepa-
te minorantur, & sunt in intestinis multæ, & neque sunt super cor multæ
plus quam super hepar, nisi propter materiam, non enim propter com-
plexionem & formam, sed propter curam naturæ pendentem à materiâ
illi simili. Hanc sententiam Fernelius sectari videtur, inquiens; Neque
tamen is passim sui similis, sed pro partis vi & natura dispar venter infe-
rior, ut qui magnâ ex parte membranosus est, & longè distans à fonte ca-
loris multo adipe confertus est, eoque durior, qualis potissimum renes
ambit & obsepit. Quæ sub pectore partes conditæ sunt, minus adipis con-
gesserunt, ejusque mollioris qualis circa pericardium & cordis basim vi-
deri solet. Narratis postea partibus uti adips concreseat, & ubi minimè,
ac quibus de causis, subjungit dein: sic in hominum naturis, qui vel cali-
dissimi sunt vel frigidissimi, atque siccissimi adipem nullum coacervant,
neque huic gignendo idoneam materiam habent in venis, qui vero à me-
diocritate in frigidum, humidumque devertunt maximâ illius copia re-
dundant, & quoniam eorum sanguis totus in adipem proclivis est, non
potest Cordis immodicus calor illius concrecionem circa pericardium,
quanto minus in reliquis partibus inhibere & arcere. Quo circa his mul-
tò promptius materiæ vis ab it in adipem, quam Cordis, reliquarumque
partium calor possit dissolvere. Patet ergò clarissimè ex adductis Avi-
cen.

2. primi
doct. 3. c. 3.
prepe
princ.

1. r. c. 15.
Causa ge-
nerationis
adipis.

Ratio, quæ adepti in corde concre-
 scat. Fernelii
 verba exami-
 nantur.

Fern. trifari-
 am errare
 videtur.

l. 6. c. X. in
 fin.

Ca. 3. in fin.

Nova neo-
 terici opi-
 nio impu-
 gnatur.

4. Meteor.
 c. 3.

cen. Ferneliique verbis, adipem tum in corde, tum etiam in pericardio
 concrefcere poffe. colligitur ex iis, ac liquido conftat rationem tribuen-
 dam caufæ materiali potius, quàm efficienti, quamvis utraq; non
 æquilibrio tamen concurrat, ut infra patebit, fi prius præcitata Fernelii
 verba examinemus, in quibus equidem valdè dubito ac maximè vereor,
 ne tam magnus ac doctiffimus vir, quem colo, venerorque trifariam hal-
 lucinatus fuerit: atque quidem ego tanto Viro contradicere ne dum non
 auderem, fed ne in eum hifcere quidè, nifi veritas, auctoritasq; tua me ad
 hæc feribenda compuliffent. Primò errare videtur cum communi turba,
 quia adipem pro pinguedine fumfit eumque à fevo difjuxit Plinio for-
 taffe innixus. Secundo quod magis miror cū de abdominis adipe feu pin-
 guedine loquatur, quæ item eft apud eum, exemplum affert per fevum,
 feu adipem Renum, nec animadvertit, hunc verum adipem differre lon-
 go itineris tractu ab abdominis pinguedine. Tertio de adipe circa Cor-
 dis bafin & pericardium eum molliorem effe, & in minori quanto, for-
 fan ob caloris præfentiam autumat. Nos autem oppofitum in humanis
 cadaveribus obfervamus, fcilicet adipem hunc duriorem effe, & quanti-
 tatis haud floccipendendæ, quod etiam magni Vefalii testimonio confir-
 matur, dum afferit, durius adipis copiam in hominibus præcipuè ad
 Cordis bafim obnafci. De caufa vero generationis adipis, & præfertim
 in Corde cuncta ab eo fati doctè, ac concinnè prodita, explicataque funt,
 ut nihil optari addi, innovari, vel mutari poffit, adipem ergo neceffario
 natura & non pinguedinem ibi obnafci voluit, tum ob multas caufas
 alias recensendas, tum etiâ, quia ea facillimè liquata fuiffet, quod maxi-
 mum effec inconueniens, ut infra patebit. Ea quæ fenius iudicat, ac pa-
 tent, non egent probatione: afferbat Arift. ideo circa hanc partem nil
 amplius immorandum cenfeo, quia præter id, quod eft authoritas doctif-
 fimorum Anatomicorum veluti magni Vefalii loco ante citato, & l. 2.
 Columb. l. 7. c. 1. Valuerd. Borgarucci, Mundini, & aliorum, comproba-
 tur, etiam experimento, Adipem in Corde reperiri, uti sæpè ostendi-
 mus, dum publicè in hoc Neapolit. Gymnafio, & privatim in incurabi-
 lium morborum Xenodochio exercendi ftudio anatomen profiteremur.
 At fi vera effet opinio cujufdam Neoterici, qui in tois medicinæ para-
 doxis opinatur, pinguedinem à calido indurante fieri abfumtis videli-
 cet tenuioribus partibus quod reliquū eft craffum, induratur, nulla qui-
 dem nobis amplius remaneret dubitandi anfâ; fed quia hoc nedum au-
 thoritati lumorum virorum repugnat, verum & ipfi experimento, &
 rationi, ut videre eft apud Arift. de iis, quæ à frigore concrefcunt, quo-
 modò à calido liquantur. Hoc autem in adipe & confimilibus cate-
 ris

ris rebus à frigore concretis experiri licebit. Vereor interea ex Galeni loco cum de re p̄tum fuisse, quo in loco sic videntur ejus verba sonare, cum nobis originem, ac usum pinguedinis patefacit. Porro ipsius origo atque utilitas hæc est, generatur ex sanguinis parte pinguiore per tenues venas effusa; effusa autem siccis corporibus ac tenuioribus ut ipsa perperuo pinguedine nativa humectet, quæ celeriter in diuturnis inediiis, ac vehementibus exercitationibus & caloribus immodicis exsiccat, atque indurefcit. Sic habet antiquus codex latinus nec non & ipsius Trincavellæ etiam translatio, atque longè absunt à Græco theoremate, seu Græcis verbis, quæ quidem ex Græco exemplari fidelissimè ad veram Galeni mentem inter ceteras Neotericos Valgræfius interpretanda curavit hoc pacto, quæ celeriter in diuturnis inediiis, ac vehementibus exercitationibus & caloribus immodicis exsicantur, atque indurescunt, ita ut verba hæc, indurescunt & exsicantur, referantur ad partes corporis, non autem ad ipsam pinguedinem. Hæc autem prava translatio multos fefellit, nedum præcitatum nuper Neotericum, cuius opinionem aliis sciscitandam relinquimus, & hæc de primo problemate.

Gal. locus
restitutor,
l. 16. de usu
par. ca. 2.
circa medi-
um.

Ad secundum dubium accedentes dicimus quod prius respicere oportet, quo sanguine cor ipsum alitur, porro asserbat Gal. cor cum ex se moveatur, corpus validum ipsum habere oportuit & crassum, & densum, unde sanguine indiguit crassiore. Hunc autem recipit per ramos venæ Stephaneæ dictæ, dicat quicquid velit Bortallus, qui falso autumat cor ipsum tenuiori sanguine nutrir. Et quoniam liquet, & à nobis superius probatum est, adipem ex crassiore sanguine ortum ducere, eò, quod crassior & terrosior sit; ostendimus præ terea, hunc non passim sui similem esse, sed pro partis vi & natura disparem. Ideo solventes secundum problema dicimus, ac tenemus, adipem in corde dari posse sed terrenum, durum, crassumque nec inconvenit, etiam si hominis corpus pinguedine esset delibutum, ob rationem assignatam ex natura partium. Rursus cum Vesl. & Fern. addimus, quod quemadmodum interim à natura accuratissimè cautum est, ne adeps nascatur, ubi noxia, inutilisve esse possit, sic etiam ab eadem quam accuratissimè provisum est, ut ubi utilis necessariaque esse possit, omnino oriatur, quo suum server munus, scilicet non deficiens in necessariis, nec in superfluis superabundans, ideò si cerebri membranis & aliis recessibus locis eam non obduxit, curavit tamè, ut cor ipsum hæc non deficiatur. Videmus insuper omentum quam plurimis arteriis venisque conflatum, esset immodica adipe refertum: interpretantur Gal. verba ob membranas ibi adipem consistere posse. Præ terea videre est renes, quos calidissimos censeo, tum ob insignia vasa, bi-

l. 6. usu part.
c. 17. & de
anatom.
agref. l. 7.
Contra
Bortallum.

l. 1. c. 5.
l. 1. c. 15.

Quorum
adeps in
omento
consistat.
c. 9. & 10. l.
4. de
usu partiū.

nas scilicet arterias, binasque emulgentes venas, tum etiam quia videmus igneo renum calore (uti ferè omnes medici uno ore clamant) & arenulas, & quandoque calculos in eis progigni, ipsi tamen adipe undique circumsepti ac obliniti sunt. Quid ergo mirum de corde? Nonne vident adhuc, quod præter copiam materiz aptam pro eo ipso adipe conficiendo etiam inest eius natura, quæ est, ut difficulter liqueat? Itaque cum sanguis, idoneus extraxus fuerit pro eo gignendo, affatim illic, repente, ac ferè ipso ictu temporis condensatur durescitque. Nec interim velim me accusés de instantanea actione. Habet adhuc etiam aliam causam foventem, efficientem, nec non & conservantem humorem, scilicet aqueum in pericardio contentum, quo quidem irrigatur, ac humectatur cor ipsum. Quod si seivum liquatum in repente adhuc aquâ (dum tamen non ferbeat confundas, poteris hoc certo experimento comprobare, affatim, ac subito ipsum concrefcere videbis; haud secus in corde contingere putandum est.

Nota.

Addimus insuper quod dum in præsentî anno 1570. in mense Januarii tum in hoc almo Gymnasio, tum in sacro etiã incurabilium morborû hospitiò publicè anatomen profiteremur, ubi multa notavi digna: In cadavere secundo notavimus pulmonem, scilicet septem locis manifestissime divisum: hepar verò quatuor; ventriculū bifidum, vera sine pari, una cum pari, & ex eorum ad sinistram emulgentem, nec non & veritatem inspeximus de omenti, intestinique ramice, quod Græce epiploenterocete docitur, quo morbo laborabat vivens. Et in cadavere, quod primò secuimus tribus divisionibus, non tamè omni modis magnū lienem invenimus, ac etiam pulmonem decem ligamentis costis utrinque usque ad sternon alligatum, & alia plura notanda, quæ forsitan alias narrabimus. Redeuntes igitur ad inceprum dicimus, quod dum ipsum adipem liquacemus, clarissimè experti sumus, difficillimè liquatum fuisse, & rursus postea concrevisse: Verum non suam duram servavit substantiam, nec interim mirum sit hoc, ob rationes adducendas, cum de aquâ in pericardio, favente domino loquemur, ac dum fundi inceperat, inter liquandum prius per notabile spatium eum sonitum elidere, ac crepitare manifestè audivimus: eo modo, ac si oleum aquâ permistum quis narrat, ac in alio adipe hoc minus ita contigit, quod reor, provide à natura factum, hunc adipem scil. aqua pericardii madidum, quo facile inibi consistere posset, & suam duram servet substantiam, neque liquari potuit, quanto minus cordis calore, fundetur? Nec possum non satis mirari summam opificis providentiam, natura etenim prudens, quia istius adipis valde egebat, quemadmodum infra, cum de ejus usu loquemur, audies,

dies, multa machinata est, pluribusque adminiculis adjuta, scilicet sanguine
 crassiori proclivi, aptoque ad gignendum adipem, & humore aqueo
 tanquam causa nedum efficiendi, verum etiam conservanti, confirman-
 tique. Hoc itaque pacto durum hunc adipem fabrefecit, utpote quia su-
 pra caloris fontem permanens erat, in quo quidem si digitum immittas in lib. de
 asserebat Galenus, & cetera, nec aliter ibi consistere potuisset, itaque alio uso puls. c.
 quos summos quidem viros, quos veneratus semper sum, ac summo opere 2. in fin.
 colo, propemodum latuerit, ac putaverit aliam diversam ab adipe esse
 substantiam, & forsan efficientem tantummodo potius causam, ac cordis
 calorem intuii substantiam quandam albam, callosamque adipem
 colore & consistentia simillimam profati sunt. Atque pareat nunc in
 hoc mihi auctoritas tantorum virorum, quorum nomina ob summam
 venerationem reticeo, aliter namque quotidianis experimentis à nobis
 comprobatum est, & quibusvis etiam adhuc experiri licebit verissimum
 scilicet hunc esse adipem, veluti alias diximus, quamvis Columbus in sua
 Anatomie damnat Porcium Neapolitanum Philosophum Doctissimum
 dicentem non veram esse pinguedinem, forsan quia non facile liquatur, l. 7. c. 1.
 duriorque visitur. Præterea ut sæpè consuevit male in Galen. & Arist.
 irruit, qui forsan de pinguedine suam substantiam, naturam, ac consisten-
 tiam prius intuii loquuti sunt, non de adipe, nec ipse, dum oppositum
 ostendere studet per ipsam dissectionis notitiam causam aliquam indaga-
 tum, quomodo is in corde concrecere possit. Naturam summo ac ferè
 mirando consilio adipem hunc duriores nasci in corde voluisse pluri-
 bus exemp. ac Gal. locis probari posse pro comperto habeam. Sed quia ser-
 mo noster, quæstionis limites transcendisse videtur, sufficiat tantum mi-
 hi nunc unicus Gal. locus de usupartium, de pinguedine oculis affusa,
 quod si verba benè perpendes, exemplum huic rei accommodatissimum l. 10. c. 11. in
 habebis; inquit: Quod autem circumfusam oculis pinguedinem nul-
 lius alterius gratia natura comparavit, quam ad motum faciliorem, ipsius
 etiam durities indicat, cuius beneficio, cum non facile colliquatur, ruti-
 etiam madefieri perpetuo ac humectari pater, quod muruosa sit ac pin-
 quis. Remanet adhuc dicendū, quod ratione membrana tunica ve cor-
 dis substantiæ obnatæ ibi adeps consistere potest, uti Vesalius etiam in- l. 6. c. 10.
 nuere videtur. Rursus addimus, quod ferè ubique magis sententia Notatio-
 mea generatur adeps ratione materiæ, quàm ratione causæ efficientis. Te-
 nuis meninx, quæ simillima est ipsi epiploo, eo esset delibuta, nec sicci-
 tas obstatet, uti inuere videtur Feinelius, quia ob contiguitatem, quæ
 cum cerebro, habet parte quidem nostri corporis humidissima ac frigi-
 dissima, non potest verè dici sicca, natura tum materiā hanc suppeditante;

Jam

Jam clarè unicuique patet, rem benè perpendenti, qui hæc veritatis animo legerit, hoc modo concordēs esse, Gal. & Arist. nec non veram etiam ipsius Arabum principis positionem, existere in homine adipem, ac pinguedinem reperiri, & quibus de causis, & rursus etiam cujusnam naturæ sit. Postquam hæc absolvimus, reliquum est ut de ejus usu loquamur. Primo communem usum recensēbimus, de inde verum à nobis excogitatum patefaciemus, nec mirum sit, si primus ego eum lapidem jecerim, licet namque omnibus ratione tamen recta fulta suam in medium afferte

De loc. aff. 1. & 17. de ul. par. c. 1. sententiam. Præcipuè erga humani corporis usum, uti patet ex ejus definitione ex Galeno & præcipuè ubi tradit differentiam inter rationem & usum. Communis fuit opinio omnium Anatomicorum, qui de hac re meminere, adipem in corde valdè necessarium fuisse, ob continentem

Vfus adipis cordis ex Arabum sententia. Vide Mandinum de Ana. cordis & cur. in com.

motum quemadmodum in quamplurimis nostri corporis partibus cernere est, præsertim circa oculos, temporalesque musculos, ne partes excidentur, genitus ergo est propter finē, ut cor propter continuū motū non exicceretur; hæc fuit sententia tum Barbarorum, tum etiam nonnullorū reliquorum Anatomicorum. Quamquidem, & si ut veram accipimus, tum sententiam nostram dicendam veriore esse tenemus. Magis enim cum naturā rei coincidit ac aridet.

Pri. primi Doct. 4. c. 1. Nec non, & hic usus non omninò repugnat usui verissimo à nobis jamjam enucleando, ac patefaciendo. Verumtamen, quo melius is perspicui possit, nonnulla à nobis prius supponenda, prædicendaq; erunt de humido radicali, & caloribus nostri corporis, innato videlicet, ac elementari. Avic. fuit sententia, & post eum quamplurimorum Medicorum, quod præter quatuor humores scil. sangv. pit. & utramque bilem, quatuor alii reperiantur in humanis corporibus, eosque secundarios appellat: Horum autem primus nomine caret, alter elementarius, & ros, & insitus à Galeno nuncupatur. Quartus natus primogenius & radicale humidum appellatur. Tertius autem humor, de quo multa dicturimus, & de eo meminimus; id est, qui crassior factus, ac coactus concretusve partibus agglutinatur, & solidis fibris adhærescit, atque in partibus substantiam mutatur, illique perfectè assimilatur, hic non est nisi carnosa & adipis substantia; recentiores Medici huic uni, & eidem à statu vario varia indiderunt nomina, videl. carnisformis, gluten & cambium. Rursus sciendum est quod propter calidum innatum nobis insitum à natura, pro eo autem substantiam aëream, & aqueam intelligo, qui pro pabulo humidum radicale habet: Is autem processu temporis postea acquisitius, & spurius à Gal. vocatur, pro eo autem igneam ac ferream substantiam tractu temporis, ac ætatis mutatione, ita ut quantum de

Tū . terā pen. tum. & 13. 1. de dist feb.

aërea

aërea & aquea deperditur, tantum de terrea & ignea acquiritur, & idem
 acquisitum dicatur, intelligimus Gal. test. primo de sanit. tuen. capitu-
 lo secundo. Alius adhuc nobis etiam reperitur calor natus, elementa-
 rius dictus à nonnullis. Galeno tamen virtutum substantia, aut primarū
 instrumentum dicitur. Is verò nihil aliud est, nisi quatuor elementorum
 vel horum primarum qualitatū temperamentum, & veluti nati-
 vus omnium functionum primarius est opifex, ita est hic adjuvans, quod
 elementorum temperies insitum illum calorem foveat, excitatque, erit
 igitur sciendum, quod calidum innatum, quam calidum elementare fun-
 datur in humido, tanquam in materia in qua & ex qua, cum non sit ca-
 lidus sine humido, ut patet ex 2. de generat. & corrupt. text. 50. Omne au-
 tem agens materiam exoptulat, in quam agat ac ex qua producat
 huiusmodi, ea duplex est, humidum radicale & influens seu nutritibile,
 calidum innatum humidum radicale complectens omni quaque con-
 tinuo, & uniformiter, & se intendens in eo conservare, consumit sei-
 psum per accidens humido depasto. Olfecit sectatusque est hanc opi-
 nionem Seneca, pulcherrimaque oratione ipsam circumscribens inquit.
 Qui oritur mecum moritur, & qui me vivificat, me occidit. Unde hic
 calor, dum conservari & perfici naturaliter desiderat, semetipsum is cō-
 facit & interimie quem sui occasum & obitum non intendit, eum tamen
 conficit: sed quoniam nihil, quod genitum est, & natura constat, primum
 & per se sui exitum molitur, sed quam longissime prorogari, & in rerum
 natura consistere peroptat: Nec calor ipse quidem per se & ex instituto
 sui interitus causa fuerit, verum, ut dicere solent, ex accidenti, & alte-
 rius interjectu. Nam aliud quicquam agens, ipse quippe humidū con-
 faciens, seipsum pariter diripit, atque vastat. Hanc sententiam ab Hip-
 pocrate desumptam Fernelius dictis verbis uti nos censemus, nobis osten-
 dit. Calor elementarius necesse est & fundari in suum humidum
 tanquā in materia, &c. alioquin sequeretur absurdum, videlicet ut duo
 calores una agerent in ipsum radicale humidum, eoque ferme affatim ab-
 sumpto seipsum destruerent, ac consumerent per accidens, non per se scil.
 non data proportionē, agit ergo hic calor in suum pabulum, quod erit
 quidem mea sententiā id, quod carniformis & cambium appellavimus.
 Verum quidam juniores actu calorem hunc non existere putarunt. Et si
 igneus hic calor partibus similaribus insit, hic sanē quisquis erit, similitu-
 dine quadā eum duntaxat exprimet, qui lapides & metalla continet, neq;
 aliud in nobis consimilare partium molera coagmentationemq; ser-
 vabit, ne dissipetur, aut defluat, tamen harum partium pinguiorem
 tenuioremque portionem alimenti absorbit, quæ quidem nihil aliud

1. de art. cu-
 rat. ad Glau-
 c. 2. & 3. de
 tem. c. 4.
 Fernel. de
 f. b. l. 4. c. 1.
 de abdit.
 rerum cau-
 sis. l. 2. c. 7.
 Vide Hipp.
 in 6. de
 morb. vul.
 com. 6. &
 aph. 57. &
 5. 22.

De spi. &
 inor. cal. 4.
 c. 8.

est, quam adeps seu pinguedo, ejusque materia, ideoque Gal. effusam siccis corporibus ac tenuioribus ut ipsa perpetuò pinguedine nativa humectet, quæ celeriter immodicis caloribus. &c. pronunciauit.

Vide Gal.
11. met. 15.

a. l. de temp
c. 4.

Com. 59.
a. ar. med.

Verus usus
adipis cor-
dis.

Citatis lo-
cis lib. de
salub. dia-

Proinde ergo natura pro ignei caloris pabulo dictum adipem constituit. Si autem hic elementaris calor siccioris materiam requirat, ac nativus, non est præsentis instituti, quocirca jam ad pensum redeam. Quod patet, nec multa eget probatione siquidem videmus etiam non lyncæis (urajunt) oculis, obesos homines ob calidas vehementissimas causas absumentes pinguedinem ipsam ejusque materiam exiccantes, quæ quidem alimentum quoddam calido fit, graciles evasisse, experimento ergo comprobatur. Præterea auctoritate ipsius Galeni patet, quod quicquid in sanguine pingue, leve & tenue est, id in calidioribus alimentum quoddam calido fit, ratione ergo verum, ac mente contemplabile erit partem pinguiorem ac tenuem materiam debere esse ipsius caloris: hanc opinionem perbellè declaravit etiam Turisanus: Manifestum ergo ex ijs erit calorem elementarem suum habere pabulum ipsam scilicet pinguedinem ejusque materiam, nec adhuc inconueniens esse dicere, quod calor spurcius in hanc eademque materiam quoquo pacto agat. Si quidem postquam igneam vim acquisiuit ipsi radicali humido haud omnino correspondet, nisi daretur alteratio humidi radicalis: veluti datur ipsius caloris: Verum hoc falsum est. His sic stantibus certum quidem erit, quod fons caloris, tum innati acquisiti tum elementaris erit ipsū cor, veluti omnes ne dum Medici, verum etiam Philosophi profitentur. Quo posito rationi consonum erit, materiam in necessariis non deficere, veluti nec in superfluis superabundat, scilicet eo loci, ubi fons caloris existat, ac perpetuò calor fovetur, carpitur & ghsit prospiciat illi tribuens sufficiens ac necessarium pabulum. Hac igitur de causa iustissima natura perpetuo ibi plurimum sanguinem transmittit, ex eoque quod pinguis levis, aprusque est, ne videlicet humidum radicale citius absumatur, hic nihil aliud est, nisi adeps, eique materia, nec pro eo humidum radicale intelligimus, (ut quidam Juniores putarunt), quod si quis adhuc contendat calorem hunc nec tantam habere vim, ut ita agat in humidū, ac candelæ flamma, huic cum Platone in Timæo. respondebimus, talem calidum ignem esse, ut ipsemet appellare videtur, interea tamen magni Gal. dict. non obstitimus, quia Platone dissensire videtur. At si quis pertinacius, ne dicam stultè adhuc certer pinguedinis adipisve consumptionem non ab elementari calore fieri, cum eo non contendemus, satis pro nobis esse putantes, adipem à calore absumi, ut ne dum Gal. verum etiam omnis medicinæ parenti Hippo. placuit, & caloris fontem esse cor ipsum

ipsum, quod si malit à nativo, ac ab elementari magis, vel à quopiam a-
lio, hoc non inficimus, nec enim nostræ positioni directo adversatur. 16. & alibi.
Mirabitur quis forsan, ac dubitabit, quomodo unamet pars scil. adeps
seu pinguedo tor ulibus sit opportuna, quippe cū obtinet præcipuum u-
sum, quem obtinet situm. Natura enim copiosissimam clunibus obdu-
xit, ut illâ adipe pulvinaris vice uteretur. Ea namque, quæ inter entem
membranamque collecta est, eundemque, quem vestis caroque simplex
usum præbet; siquidem frigoris tempore calefacit, & si soli exponatur
homo, vestis quoque instar refrigerat, calorem quominus penetret in-
hibens, ut bene dici possit eodem præsidio frigus & calorem arceri, tan-
tummodo renum adipem quorundam animalium mulieres ad fucandas
manus parant, ob suam à reliquo diversam facultatem. Nos autem non
dubitabimus, sed cum Galeno summâ opificis animalium sapientiam admi-
ramur, quod plerumque instrumentum unum ad multas rationes effi-
ciat, cui rei asserebat l. 8. de us. part. Lucrum accedit haud quaquam exi-
guum, quod scil. non tot instrumentis quam usibus egeamus. Sed uni-
cum sæpe numero instrumentum multis actionibus atq; usibus sufficiat.
Nec igitur mirum sit, si quem jam diximus usum in corde obtineat. De-
num quæso, tu interdum pulchram rem audi. Scio tamen, quod & si ve-
luti paradoxum aliis videbitur, tibi nihil mirum erit, qui circa dissec-
tiones exercitatus fueris, sæpe quidem rem vidisti dissectis cordis ventricu-
lis in ipsorum cavitate frustula quædam, portiones, ac ramenta adipis à
nobis observata ac reperta, ita ut magis mirum sit, quomodo is ibi con-
crescat, ac qui supra cor ipsum. Et quis adhuc dubitabit, hanc etiam ma-
teriam esse caloris, atque ejus pabulum ubi aliis carpique possit.

Usus pin-
guedinis
secundum
diversas
partes.

c. 7. in fin. &
alibi.

Nota mi-
rum.

Propterea ergo Gal. adipi cum præbet usum, ut in ingentibus calo-
ribus inediis, & frequentibus exercitationibus deserviat: confirmavit
nostram sententiam bonus Avic. verus Galeni interpretæ dicenti: Pingue-
dinis autem & adipis congelatio super corpus minuitur, & augetur se-
cundum minorationem caloris & ipsius augmentum. Itaque calor fa-
bulatur adipem & pinguedinem. Sic etiam Fernellius ostendens nobis
triplex flammæ pabulum, tertium asserit est materia præpinguis, ut oleū
in lucerna, deinde adeps. Et hic mihi videtur verus usus à nemine un-
quam hucusque patefactus. Tu interim si ita sentias, me certiores fa-
cias, nam si hæc tibi haud displicere cognovero, quamprimum alia &
majora mittam, interim Julium tui studiosis-
simum ama.

l. 16. c. 2. de
usu par.
2. pri. Do-
3. c. 3.
l. 4. de spi-
2. & in n.
cal. c. 3.

F I N I S.



JULII JASOLINI HIPPONIATÆ OSTEOLOGIA PARVA.

POMPEIO JUDICIS VRSINI

Medico Clarissimo

JULIUS JASOLINUS

Felicitatem.

JAM DIU putavi, Doctissime Pompej, quæcunque à Clarissimis Anatomicis de ossium articulationibus latè diffusèque tradita sunt, ea quam brevissimè explananda. Quia in re non modo juvenum sumus, sed & labori consuluisse visus sum, quibus emere, nedum legere tantum librorum numerum molestum erat. Præterea illi Galenum, tantum abest, ut insequantur, ut eum omnino accusent. Sed quoniam noster Præceptor Philippus Ingrassias Galeni mentem de ossium syntaxi præter ceteros omnes assecutus est, propterea primum ossium articulationum typum juxta Galenum, ut ejus nuda verba sonant, explicabo. Deinde, quo veritas elucescat, ipsius Philip. tabellam pro Galeno addam. Tum reliquorum in Galenum irruentium sententias per tabellam seorsum ponam. Postremo voces omnes, quibus commissurarum ossium corporis humani differentia indicantur, & etiam eorundem obscuriora nomina brevi explicabimus, ac tandem horum numerum ex diversis sententiis ostendemus. Quibus benè ac ad amussim perpendis facillimè quisque etiam junior adhuc ipsius anatomes erga osiorum scientiam suo Marte adire aggredique potest. Damnant Gal. Andreas Vesal. Reald.

ald. Columbus, Ioan. Valverd. Franciscus Anto. Catto, alique nonnulli, primò, quod canina & simiarum ossa pro humanis descripserit. Dubitant præterea ex his aliqui, an liber de ossibus legitimus sit Gal. scætus, ob aliqua errata in eo inventa. Rursus mordent, ut inconstantem, nam in præmio dicti libelli videtur oblitus illius, quod prius dixerat, eum enim Synarthro si obscurum & non manifestum motum primò tribuisset, non debuisset p.p. futuram, Gomphosin, & Armoniam ejus differentias numerare quod nullum penitus habent motum. Nisi cum auctore libelli introductorii seu medici inscripti *συνδεσµωσις* ad stabilitatem factum esse dicere voluisset, quod tamen repugnasset iis, quæ in sequentibus aliquot capitibus libri de ossibus scribit: præsertim cap. 13. ubi connexionem costarum cum pectoris esse *συνδεσµωσις*, quod horum sit exiguus, ac sanè obscurus motus, dissertè appellat. Videtur ergo vel aliquis error latere in textu, vel immemor fuisse illius, quod paulò ante jam dixerat. Sed turpe dictum est, Medicorum principem in tantum incidisse erratum. Solus ex tot anatomicis insignis Philippus Ingrassias, Philosophus ac Medicus præclarissimus, vereque anatomes peritissimus Gal. tuctur, tum de Synarthrosi. tum de Symphyssi, ejusq; loca conciliat contra Vesal. & præcitos Neotericos, ut sole meridiano clarius in sua tabella patet. Quam quidè ex ejus Chirographo scriptam, & ab ipso interpretatam Messanæ accepimus, & hanc ejus manu ipsius sententiam cæteris præstantiorem, omnique labe carentem, & quæ nihil habet calumniæ, atque à Galeni placitis minimè discedentè semper sectari sumus. Cæterum Anatomicorum aliqui secus atque Galenus sentiunt, structuramque atque ossium commissuras, & contextum suo arbitrio informant. Hac igitur de causa ipsorum sententias seorsim tabellis distinctæ patefacimus, & interdum adhuc inter ipsas lis tanta est, quanta inter eos, & Galenum. Igitur hac ratione motus plures tabellas classicorum tantum Anatomicorum, veluti Galeni, Vesalii, Ingrassiæ, Columbi, Valverde, Catti in his typis breviter feriarimque suo ordine dispositas enumerandas curavimus. Post nudam (ut aliqui intelligunt) Gal. tabellam ipsius magni Ingrassiæ (A) ossium texturam eorundemque (ut ita dicam) congeriem, quam plurimis ossium exemplis (ad totum) fere Selectiusum) exornatam ex Gal. mente locupletissimamque adjunximus. Nec in cæteris tabellis sigillatim exempla in unaquaque differentia adducimus, ne eadè pluribus in locis repeteremus, nihilq; ferè exemplis ipsi differunt. At ubi manca exempla scripta sunt, ut in Enarthrosi, quæ est sub Diarthrosi in tabella Ingrassiæ, ob loci angustiam ipsius Realdi (B)

C. tab. 3.
D. tab. 5.
E. tab. 6.

tabellæ, atque sub Enarthrosi addidimus. Cæterum quo facilius inveniamus inter eos controversiam, in tabellis exempla adducimus: quemadmodum de Symphyli (C) & Syllarcoli (C) in Vesalii facimus, quæ utraque negatur ab Hispano Valverde (D) Cattus (G) verò omittit & improbat eam, quæ per Synenrosin, & quæ per Syllarcolin fit. Igitur tam, quæ per Synchronosin, vel quæ nullius corporis interventu fit, tantummodo Symphylin esse censet, quam quidem rem miror, quomodo in te adeò clarà tanti viri hallucinati fuerint. Namque Gal. sententia de Symphyli in lib. de ols. defendi potest, si dicamus, eum vocem illam improprie pro quavis cohzrentia usurpasse. Erit igitur bifariam divisa, vel per se, & proprie, vel per accidens, ut Doctus noster Ingressias sentit. Præterea Columbus Gal. & Ves redarguit, tum erga totius corporis humani ossium texturam (uti videre est in ipsius tabella, in qua sub Symphyli futuram, Gomphosin, & Armoniam posuit) tum & circa particularia exempla, namque secundam & tertiam digitorum aciem inter se per Ginglimon sub Diarthrosi componi autumas. Quin igitur ii omnes inter se discrepant, a calii alium invadit, oberectat, lacerat, & genium infigit, nulli dubium est, omninò ab eorum sententia recedendum esse, ac ex vivo Gal. ejusque simi Ingrassiaz fontem aquam hauriendam potius, quam ex turbidis eorum rivulis. Equidem si ipsos unanimis, atque una concordis reperiissemus, forsitan sententia alicujus eorum niterer. Verum fratrum discordia pessima, atque (ut ajunt) proprio genu crure. Habes ergo sententias Illustrum virorum & nominum obscuriorum circa ossa expositionem, & eorundem numerum, eo quidem ordine cuncta disposita & ornata, ut quivis etiam adhuc junior facillimè & nomina & voces commissurarum ossium, ac eorum numerum inveniat, ac extor eximiiis viris eum potissimum eligere, ac sectari, quis possit, quem maluerit. Accipe igitur hæc hilari fronte veluti pignus amoris mei erga te, quo te dum vivam prosequar, & si qua mutanda censes, ipse mutato, vel me moneas, nam te autore omnia incudi reddam.

* *

*

POM.

POMPEIUS IUDICIS

VRSINI

IVLIO IASOLINO

Medico Doctissimo

S. D.

Homines Hominum causâ natos esse, præclara est apud stoicos sententia, JULI Doctissime: quæ causa multorum movit animum, ut aliquid dignum invenirent, quò morrales juvarent, hinc tot artes, hinc tot scientiæ ortæ sunt: inter quas est medicina à diis inventa, & ab hominibus expolita. quæ citra controversiam inter omnes artes plurimum affert utilitatis vitæ mortalium, quid enim ad vitam salutaris, quam medendi ratio? quâ sanitatem conservamus, morbos removemus, ac animam penè è corpore fugientem retinemus: hujus autem disciplinæ cum plures sint partes, una tamen inter ceteras præcipua ab omnibus esse censetur, Anatome quod humani corporis structuram & fabricam docet, citra rerum absolutam cognitionem frustra sanitas conservari, aut morbi curari possunt. Jacebat ac protus emortua erat post Galeni secula, barbarie obruta hæc scientia, quæ revixit, atque à profundissimis tenebris caput suum erigere cepit ope Andrea Vesalii. Anatomicorum nostra tempestate Principis post quem etsi multi securi sunt. Anatomici exercentes, qui nova aliqua invenerint, nullus tamen tot præclara opera edidit, qualia & tu, in quibus novos partium usus doces, præcis & junioribus incognitos, & multas partes corporis ab aliis non repertas demonstras: quod facile innotescit ex quæstionibus à te dilucidatis, de cordis adipe, de humore aqueo existente in pericardio: tandem in lucem prodit opus tuum de ossibus, in quo certe admiror nominum genuinam explanationem, compendiosam breviter ad memoriam usum, & maximam in conciliando auctores dexteritatem. Perge igitur ut cepisti juvare artem medicam, majora enim his ingenium tuum in-

dies pollicetur. Vale, & me, ut lo-

les, ama.

* *

*

A Nimadvertat hic candidus lector quando magnus noster Præceptor Philippus Ingrassias hoc structuræ ordine defendit Gal. nostrū (ut præclarum, insignem, ac doctissimum medicum decet) ejusque loca conciliat; nec ut cæteri fecere, ipsum damnat, imò proœmii verba interpretando, & simul 2. de art. com. 6. (ubi motum habere obscurum synarthrosin ait) cum introductorio concordat: quo in loco propter quietem esse synarthrosin testatur, atque unà alia plura Galeni loca conciliando à genuino ipsorum morſu vindicat, hoc pacto videlicet, synarthrosis bifariam extat, namque vel est eorum ossium, quorum motus invalidus est, difficilis & obscurus, vel quorum nullus, & propter quietem. Interdum sic omninò Gal. locum in proœmio exponendum censet. Si cum motu à diarthrosi pro motus quantitate differt. Item synarthroseos quoque triplex est species, quasi dicat, præter prædictas 3. species quæ sunt non solum diarthroseos, sed & synarthroseos, quando est cum motu, seu Enarthrosim Arthrodiam & Ginglymon, triplex quoque q. d. tres quoque aliæ sunt species, quibus est sine motu, scilicet, Gomphosis, & Harmonia, & sic conciliatur etiam loca lib. de ossib. c. 13. 18. 19. 22. & 24. Quibus in locis multas synarthroseos species ponit, quæ neque ad futuram, neque Gomphosim, neque Harmoniam reduci queunt. Verissimam igitur Galeni mentem assecutus est, cum illud (quoque) ponderasset.

* *

*

Humani Corporis ossa
invicem componuntur
ex Gal. nudā senten-
tiā.

Per articulum, & est ea naturalis ossium compo- sitio, qua dividitur in.	Diarthrosin, qua est dearticulatio ossi- um, quorum motus evidens est: divi- ditur in.	Enarthrosin, & est, cum excipiens cavum alium admodum est; caputque quod in id inseritur, oblongum.
	Synarthrosin, qua est coarticulatio ossi- um, qua nec validum, nec manifestum, sed obscurum difficileque haberi mo- tum. Dividitur autem in.	Arthrodiam, & est, qua cavum leniter & in superficie & capitulum etiam depressum habet. Gynglimon, ea est, qua ossa se invicem ingredientia conjunguntur, ut ver- tebra inter se ac humerus cubitusq, alligatur.
Per symphysim, & ea est na- turalis ossium unio, qua etiam fit vel	Aliorum interventu, ut densa sicciora- que ossa, qua junguntur vel	Suturam, & est vel ad consuturam revnm similitudinem, vel serra aut unguis. Gomphosin, & est, cum ad instar clavi ossi os affigitur.
	Abique medio, ut spongiosa ossa molliora, se coalescenti coeuntque.	Armoniam, estque ossium obstrutura, per simplicem lineam, ut in superiori maxilla conspicitur.
		Per sissarcosin a carne { Ex musculus tendines Per synenrosin a nervo { Ex ossibus ligamenta, seu ligamentales Per synchondrosin a { Ex cerebro & dorsi medulla, voluntarii & cartilagine { sensibiles nervi oriuntur.

Per symphysim, hoc est coalescentiam seu quendam substantiarum conjunctionem, ideo quantum ad ipsam spectat propter quietem. Hac iterum duplex, scilicet.

Per accidens, & quasi improprie, & large scilicet alicuius media partes interveniunt, in unam quasi continuam inanimabilemque substantiam mixto instar glutinis sui argenti sui funi. Hec vero symphysi in ossibus triplex est Gal. & Arist. teste l. 2. de ana. ad. ult. & 2. de part. c. 9. etiam si quiescant vel alia ratione moveantur, scilicet per

Per arthrosum, seu arthro Græcè, hoc est per articulum large ipsam capiēdo, scilicet pro omni ossium adhaerentia, inter qua nulla unio fiat, seu propter motum, seu propter quietem saltem sit. Que enim propter motum articulantur ossa, sunt in aīate proventus 182. facies articuli 303. quāq. 303. Hac igitur duplex est

Per diarthrosum, quasi dūcas articulationem, ut ea ossa, quorum motus evidens est, sunt, que huiusmodi articuli 83. vel 181. scilicet inter ossa num. 177. structura hac rursus triplex, scilicet.

Per enarthrosum, ut quando excipit cavum alium admodum est, & quod in se recipit, ut femur cum coxendice.

Artrodiā, ut quando cavum leviter & in superficie, capitulum vero depressum habet, ut primi cervicis vertebra cum 2. & dens secunda cum prim. item reliqua cervicis & thoracis vert. ii superioris.

Ginglimon, ut quando ossa 2. tā se se invicem ingreditur coponuntur ad simplicem motum, ut ulna, cubitus & humerus. Item in tertio & sec. quatuor digitorum manus articuli, & in 3. ejusdem pollicis & alius.

Per synarthrosum, quasi dūcas coarticulationem, ut ea ossa quorum motus invalidus difficilis, & obscurus vel nullus, & sic conciliantur Gal. loca ut inferius patebit. Hac igitur duplex est --

Synchondrosum, hoc est cartilaginis intermedia beneficio talis unio sit, ut ossa pubis, & quadam pectoris ossa, ut primo cum 2. & 6. 37. ispherrimum & ossa puerorum cum suis appendicibus, quae appendices sunt 318. & interdum 322. Synenrosum, ad est per nervos, large inter nervi nomine capio quia 53. per ligamenta quadam unio sit, ut coxendicis os cum femore per ligamentum validum, sic & radius cum ulna sicque & vertebrarum omnium nexi, & tria auditorii organi officulant inter se.

Synsarcosum, hoc est cum per intermedium carnem unio sit, ut non solum dentes invicem, & cum mandibulis unimur per gingivam & carnes, sed ossa quoque hyoidis cum ossibus pectoris mandibulae inferiore, ac scapula, itemque radius cum ulna per musculum quadratum, atque qui etiam ad pronum radium movet.

Cum motu, & propter motum licet obscurum & difficilem, & est triplex scilicet per -- --

Enarthrosum, ut tali os cum scapula. Item 2. 3. 4. 5. 6. & 7. costarum cartilagine cum sterno, quatuor Gal. c. 13. ad Artrodiā reducitur large Artrodiā nomen accipiens, brachialis ossa invicem videl. prim. cum 2. 5. 6. & 7. Artrodiā, ut pri. costa cartilago cum pri. osse pectoris & jugali ad primum os pectoris & ad scapulam.

Item brachialis 2. os cum 3. & tertium cum quarto & sextum cum 7. & 7. cum 8. Ginglimon proprie, ut tali os cum osse calcis improprie, ut in singulis vertebriis prater i. cervicis, & 12. thoracis.

Saturam vel instar laceram vestium, vel instar duarum ferrarum sese mutuo recipientium, vel instar unguium.

Gomphosum, ut quando ad instar clavis ossi insiguntur, ut venter dentes in mandibularum fossulis ingrediuntur, sunt ossa 32. & totidem articulationes.

Harmoniam, ut quando ossium structura per simplicem lineam sit, ut quadam ossa maxilla superioris, v. 9. 4. ossa inter se cum sextis & eadem inter se nasci, ossicula, & duo scilicet secundum & tertium, quae in oculi sede reperiuntur, & alia, ut etiam sphenoides os.

Ani-

Tab. III. De contextu, ac structura ossium Corp. Hum. secundum
 Celeber. Vesal. mentem: Quemadmodum unus compositionis
 ossium usus est ita quoque multiplex est ratio. primum itaque, volun-
 tati motus genere ossium naturae sit compositio, quae a Graec.
 ἀρθρωσις & ἀρθρον nobis articulatio, articulus dicitur.
 Caterum motus in omnibus articulis non eadem est ratio.
 Nam ossa habent motum vel

Evidentem. Ossa quae habent motum eviden- } Enarthro-
 tem, dicuntur committi per diarthrosin, } sin
 ἀρθρωσις Hipp. (lib. de art.) appellat, } Arthrodiā
 quae de articulatione dividitur in } Gynolimon

Latentem: Quorundam articulorum neque } Εὐάρθρω-
 validq. neq. manifestq. sed obscurus lateatq. } σιν
 motus sentitur, vocata est hac articulatio- } ἀρθρω-
 nis species Graec. συνάρθρωσις, quasi coar- } δίαρ-
 tulationem dixeris, dividitur etiam in } γινωσκίμων

Penitus nullum. Eorum ossium, quae nul- } Gomphosis
 lum penitus habent motum, connexus } Sutura
 quadruplex est species, nempe } Harmonia
 } Symphysis

(C) Est autem Symphysis naturalis ossium unio, quae commissura forma
 appendices suis ossibus connascuntur in aetate quidem minoribus, cum ossa adhuc
 mollia fungosaq. existunt, cartilaginis interventu, ut ossa sacri ossis lateribus com-
 missa invicem & in pube coalescunt. Caterum omnes ossium constructura species,
 aut alicuius, aut nullius corporis beneficio committuntur. Nullius partis beneficio
 in natu grandioribus ubi ossa sicciora jam sunt reddita, & indurere, appendices
 ipsorum ossibus coalescunt. Nam adeo ipsis minutum, ut coalitus lineam vix conji-
 cere queas, omnes quoque Sutura, quemadmodum etiam Harmonia absq. corporis
 alicuius auxilio connectuntur. Alicuius corporis ope connectuntur ossa trifariam,
 per σινευρωσιν, συνάρθρωσιν, & γινωσκίμων.

Non solum, ut dentes in suis alveolis carne firman-
 tur, verum etiam musculi ple-
 rumq. ossa neclunt. Et quia musculi veteribus teste Aristot. carnis nomine appel-
 lantur; Ideo connexus, qui iis fit, sissarcosis appellatur.

Tab. IV. Tabula Compositionis ossium
humani corporis per Realdum
Columbum

Per articulum,
qui est ossium
compositio cum
motu. huius dua
sunt differentia

Diarthrosis; qua est
dearticulatio ad mo-
tum manifestum. divi-
ditur autem in

(Enarthrosim, ut est arti-
culatio femoris cum
coxentice humeri, cum
scapulâ prima aciei
digitorum, cum post
brachialis ossibus.

Arthodiam

Gynglimon, ut ulna cum
humero, femur cum
tibia, & 2. & 3. digito-
rum acies.

(Eo vero inter se differunt
quod ha obscure, ille
manifestum habent
motum.)

Synarthrosis, qua est coarticulatio
cum motu obscuro, in eadem au-
tem species dividitur, in quas di-
arthrosis dividebatur, videlicet
in

(Enarthrosin

Arthrodiam

Gynglimon.

Per symphyfin, qua est ossium inter se conjunctio,
sen unio sine motu. Hanc nobis visum est
dividere in

Suturam

Gomphosin

Harmoniam

Omnia hac invicem committuntur

Synchondrosi

Syssarcosi.


Syndesmosi.

Tab. V.

	Vel ad motum manifestum, & dicitur diarthrosis, qua dividitur in	<div style="display: inline-block; vertical-align: middle;"> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">Diarthro-</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">sin,</div> </div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;"> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">Arthro-</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">diam</div> </div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;"> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">Gingli-</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">mon</div> </div>
Trifariam conjunguntur ossa humani corporis, ut Johannes Valverde Hisp. opinatur.	Vel ad motum obscurum, & dicitur Synarthrosis, qua etiam dividitur in easdem species, in quas diarthrosis dividebatur.	
	vel ad nullum motum, hac autem syntaxis ossium est innominata, qua rursus nomine carens dividitur in	<div style="display: inline-block; vertical-align: middle;"> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">Πάσι</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">ν</div> </div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;"> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">καὶ</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">μὴ</div> </div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;"> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">εἶναι</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle;">ἀντι-</div> </div>

- D. Fit symphysis bifariam, vel per synenrosin, vel per synchondrosin. Omitte interea & negat, qua per syssarcosin fit Gal. auctor. nixus in probl. l. de ossib.
- D. Præterea censet, ossa absque medio ullo pacto inter se uniri posse ut sunt fungosiora, & cætera. Sensuque ipso sententiam suam probat atque patefacit.

Tab. VI. Francisci Antonii Catti Tabella ossium constitutionis divisionem
ob oculos proponens.



Nomi-

Nominum obscuriorum passim cum in lib. de ossib.
tum etiam in aliis Gal. libris (ad ossa tantum spe-
ctantia) occurrentium brevis enucleatio.

QUam Latini propriè APPENDICEM, additamentum, & adna-
scientiam reddunt, est os ossi adnatum, & peculiarem obtinens
circumscriptionem; neque illius ossis cui committitur, vera est
portio. Hæc autem adnata appendix ossium pars est, quæ à junioribus
animalium ossibus decoctis facile segregatur. In proVectis siquidem æ-
tate hæc adeò pertinaciter suis ossibus adnascuntur, ut ab illis avelli haud
possint, vixque conjunctionis lineam exprimant, & verè suorum ossium
portiones esse videntur, sunt sinuum medullam continentium ossium o-
percula. Damnat Vesalius Gal. qui talem appendicibus præbuerit usum, De hum.
verum postquam non acquiescit ejus benedictis, optatè aliquod novum
ab eo & à Fallopio repertum, qui tradunt, primò aliqua ossa medulla ca-
rentia habere suas appendices, nonnulla vero contra esse medullola abs-
que appendice, veluti est gena inferior. Nos dicimus, quod tenere ii
Gal. redarguant: Namque cuncta ossa vel medulla, vel succo consimili
nutriuntur, quæ vel in magnis aut exilibus & angustis cavernulis deti-
nentur, maxilla inferior medullæ quidpiam in se ipsa habetur, processum
tamen nullum habet. Densior enim est, quam ut processu indigeat. Verum
eum laxitas simul & cavitas adsunt, prorinus videre est, caput quoddam
ad finem ejus adnatum. Quod si objicies magnis ossibus medullas is in-
feriora superioraque eorum capita, ita unius, ut medullam absque epy-
phisis ope continere posse videantur, & eandem vicem gerant. Respon-
demus quod cum illud os sit rarum & laxum etiam si ipsa medulla profue-
ret, nisi Appendice pro operculo muniretur, & sic dicimus, de omnibus
ossibus quæ appendices habent. Duplicem præbet appendix usum Gal.
præcit. cap. (mea sententia) cum asserat, tum quod operculo quodam
indigent, tum quod densum id esse oportet, ac solidum, & maxime in par-
te in dearticulationem desinit, quæ enim dearticulentur, ossa dura po-
stulant, ut quæ assidue erant movenda, atque inter sese atterenda.

Ἀπόφυσις; quem Latini processum vertunt, est ossis pars nihil à suo
osse differens, quæ quod tuberculi seu gibbi instar ex osse procedit, quem-
admodum arboris trunco radices, ramiq; extuberare, ac procedere viden-
tur. Conferunt processus præcipuè ad commodam articulationem, &
ossium commissuram; deinde ad multarum partium exoritur aut inse-
ctionem & propugnandi vice interdum, ut scapularum & vertebrarum
processus testabuntur.

- Corone.** Κορώνη. Latinis quibusdam Cornix, aliis Corona dicta, est acutus & in mucronem desinens processus, qualis utrinque in inferiori maxillâ habetur Gal. testel. de ossib. in proœmio, & 2. de mot. musc. c. 2.
- Cephale** Κεφαλή. Latinis caput, est ossis extremum seu tuberculum crassum & orbiculatum, quod alterius ossis cavum articulationis motusque arbitrarii occasione subintrat, quale est femoris, quod coxendicis ossis sinui inseritur.
- Artichron** Ἀρθρον. Quem nos articulum dicimus, Græ. primam vocarunt ossium commissuram, ad motum paratam, verum Hipp. l. de fract. & de art. & Gal. in Com. caput ossis rotundum in sinum immissum Articuli nuncuparunt, quod Latini etiam vertebra dicunt.
- Condilos** Κόνδυλος. Latini nodum vocant, qualia sunt femoris inferiora, & juxta genu depressa capita, quæ adeo obscuro tubere, gibbove prædita sunt, ut nunc sinus, nunc caput ea vocari debeant, non satis constet, vide de eo plura apud Vesal. l. 1. c. 11.
- Trachelos** Τράχηλος καὶ ἀνχή. Latinis cervix tenuis est ossium processus, quorum extremum crassius redditum, in ossis caput finitur; talis conspicitur in femore juxta elatissimum ipsius caput coxendicis ossi in articulum.
- Cervix.** Κοτύλη καὶ κοτυληδών αὐτοῦ ὀστέου. Latinis Acetabulum, sinus est, qui altius profundiusve descendit, ac ossis caput excipit, ejusmodi sinus observatur in coxa, ubi femoris caput admittitur.
- Coryle, & Cotyledo** Γλῆνη. Quæ vox latinè reddi nequit, ab ocularis sinus formâ, dicitur sinus, qui leviter & superficialiter tantum cavatus est, ac talis occurrit, ut ignores, num aliud os admittat, aut aliud os subeat, haud secus, quam si suo plani levigatiue asseres invicem imponentur. Tales habentur in teris ossibus, qua pedis ossa ipsis coarantur, & glene depresso condilendictum responder.
- Glene sin.** ὕπερ. ὀφρύν. Ἀμβονες, χεῖλε. Latinis supercilia, & labra nominantur, sunt autem processus ad sinuum orbem instar labrorum prominentes, & sinuum profunditatem augentes, Quo minus enim ossa promient luxentur, supercilia inprimis conducunt, ut in coxendicis ossis sinu, cui femur inarticulatum, maximè liquet.
- Supercilia.** Βαθμίδες. Sinus sunt, qui basis firmamenti que ritu ultra quam animanti ex usu sit, os moveri haud quaquam sinunt. Tales in anteriori, humeri, & in posteriori sedibus singulos ulnæ processus excipientes, inveniuntur; Galeno auth. l. 2. de usu part. c. 15.
- Bathmides** Σκέλετ. Latinis cadaver assiccatur, quod nihil aliud est, nisi humani corporis ossium invicem coherentium universa compactio. Constat autem hæc compositio ex ossib. inferius numeratis.
- sinus.**
- Sceleros.**
- Cadaver**
- assiccatur.**

Nume-

Numerus Ossium. Quæ Gal. l. 9 de placit. Hipp. & Plat^o
c. 8. plura trecentis esse tradit, ex his patet.

Calvariæ quidem ossa (ad Vesalii & nonnullorum reliquorum mentem) viginti sunt numero, 8. capitis, scil. 2. Bregmatis seu syncipitis, utrinque nim. unum. Frontis unum, occipitis similiter unum, 2. infra, ad utramq; videlicet aurem unum, ossa temporum dicuntur. Septimum sphenoides cruciforme, & Basiliare à nonnullis dicitur. Hæc tamen à Galeno numerantur, tum lib. de ossib. c. 1. tum & l. 1. de us. part. c. 18. 19. & 20. At qui Vesal. octavum viduoides Echmoides seu cribri forme appellatum clarioris doctrinæ gratiâ adjecit, de quo meminit Gal. l. 8. de iis part. c. 7.

Superioris maxillæ 12. præteritis tamen & privatim non enumeratis jugalibus ut quæ quorundam illorum 20. ossium partes tantum sint. Auditus instrumenti 4. Dentes 32. inferioris maxillæ magnâ ex parte unicum, ossis Hyoidis ossicula ferè sunt 11. Vertebrae 24. sacri ossis plurimum 6. coccygis 4. costæ 24. pectoris 3. Gal. 7. recensentur, scapulæ duæ, totidem claviculæ. Humeri duo, ulnæ duæ, radii duo, carpi seu brachialis 16. utriusque scil. manus 8. metacarpi seu postbrachialis 8. in utraque manu 4. digitorum ossa 30. in utraque manu scil. 15. setamina ossicula 24. in singulis enim ut minimum, manibus sunt 12. Ossa sacri ossis lateribus commissa duo, femora duo, tibiæ duo, fibulæ duæ, totidem patellæ, duæ calces, totidem tali, navicularia ossa duo, tarsi 8. in utroque enim pede 4. pedii 10. in utroque enim pede 5. 28. digitorum pedis ossa, cujusque videlicet pedis 14. pedis setamina ossicula, perinde atque in manibus 24. Quod si hæc omnia cumulata in unum conjeceris numerum, universa erunt 303. aut si Gal. in pectoris ossis divisione imitatus fueris, 307. Verum de mente Doctissimi Ingressiæ erunt in natu majoribus 305. siquidem addit 2. ossicula stapedis dicta, nuper intus in aure ab eo diligentissimè reperta, in pueris tamen ex ejusdem sententia sunt 679.

At cuncta clarius sigillatim in magna nostra tabella prosequemur, & Fallopii opinionem declarabimus.

F I N I S.

JULII

32.
JULII JASOLINI HIP-
PONIATÆ, PHILOSOPHI AC MEDICI,
De Aquâ in pericardio.

QUÆSTIO TERTIA.

*Adjecimus huic tractatum sive questionem de poris
Cholidochis, & vesicâ fellea, pro Galeni adversus Neotericos
anatomicos: in qua plura à nobis nuper observata
exant.*

Nova Methodus medendi Carunculas in vesicâ du-
/ Au obortas de vett. mente elucescit.

JO: BAPTISTÆ ARCVTII NEAP.

Ad excellentem Medicum

JVLIVM JASOLINVM

EPIGRAMMA.

Quum tua vidisset præclara volumina Juli,
Edere quæ medicâ magnus in arte paras.
Obstupuit nimium Momus, dixitque recedens
Nil hic pro nostris dentibus esse potest.

JVLIO IASOLINO, ARTIVM ET
Med. Doctori Celeberrimo, Anatomicarumq; Aggressio-
num peritismo, Iohannes Philippus Ingrassias Fe-
licitatem sempiternam.

Tuas recepimus (Juli mi dilectissime) omni dogmate medius fi-
dius, præsertimque anatomico refertas, ideoque nobis meritò
jucundissimas, gratissimasque. Cum adeo exquisitè de aqua
prius in pericardio thoracisque vomicâ tam in vivis, quam in
mortuis (licet in his magis) contenta substantia, ejusque viribus pertra-
ctas: deincepsque de felleæ vesicæ figura, meatibusque, ac novis tam-
dem usibus adversus omnes (præter Galenum) præferim duos Anato-

mcs

mes soletissimos proceres, Vesalium inquam, ac Fallopium, ut germanum naturæ filium atque hæredem, rarissimumque ejusdem mirandum te esse, cuique compertissimum sit. Adeo, ut addendum vel diminuendum fore, nil mihi remaneat; Nisi te omnibus nervis, totoque pectore non laudare modò, sed hortari, ac veluti calcaribus excitare, ut pro tam præsentium, quam pòsterorum utilitate typographis cudenda nova hæc paradoxa, una cum omnibus numeris commendando tractatula de cordis adipe tradas; ne absentes futurive nobis tanquam ea desiderantes invideant, reque de ingrata avaritia incusent. Haud tamen his colophonium imponere sufferas; sed ad alia pro reipub. fructu, hilari, promptoque animo edenda te pergere exoptamus. Non nobis enim solis, at alijs quoque juvandis nati sumus. Cumque senio jam confectus hujusmodi administrationes, velim nolim, omittere coactus fuerim, gratisimum fore pro comperto habeas tuarum me lucubrationum reddi participem. Vale, & me, uti soles, tanquam tui amantissimum redama. Datum Panhormi Idib Junii. 1576.

IULII IASOLINI HIPPONIATÆ

De Aqua In pericardio.

IOANNI PHILIPPO INGRASSIÆ, PHI-

losopho ac Medico Eminentissimo Anatomicorum Celeberrimo, Regique Sicilia Summo Archiatro Iulius Iasonius Salutem

& Felicitatem D. P.

QUæ in sequenti quæstione de aqua in pericardio habentur. Humoris aquei in pericardio, & Thoracis cavo verus ortus indagatur, ejusque substantia consideratur.

Potionis exiguum per asperam arteriam deferri in pulmones thoracem & pericardium sensu & autoritate probatur.

Solvitur superiori quæstione promissum de adipis cordis consistentiâ & naturâ. Vñs aquæ in pericardio de mente neotericorum vet. & ex nostra sententia traditur.

Hichorum ex Thoracem penetrantibus vulneribus emanantium novus ortus inquiritur, & tandem qua ratione dum inflammatio est, cessant, deinde iterum fluunt, patet.

E

Aqua

*Aqua in pericardio Essentia, Substantia, Natura, ortus,
& quantitas diversa in viris ac mulieribus indagatur.*

*Galenī verba ponderantur de cordis
palpitatione.*

CAPUT PRIMVM.

Superiori quæstione (Ingrassia doctissime) de humore aqueo in pericardio quàm brevissime me scripturum pollicitus sum, quid sit unde oriatur, quemve præcipuum usum habeat: sed quoniam vereor, ne exiguitate ingenii peccem, vel malevoli alicujus cavillatione offendar; licet rem accuratissimè explicare conati sumus; propterea hunc laborem nostrum tibi nuncupare statuimus, cujus autoritate, nomine atque doctrina, certo scio, à nemine in me invecum iri. Est igitur ipse humor aqueus (meâ sententiâ) portio quædam perfectissima, selecta, omnibusque numeris absoluta humoris serosi transmissa ab ipsa natura primogeneo forsan ortu, usus causa mox ostendendi.

Curtij sententia improbat.
C. 8.

Ambigimus primò, an verè hic dici possit humor serosus, & an perpetuo cunctis hominibus reperiatur: siquidem nonnulli censent, viventibus adhuc hominibus haud reperiiri. Verum ejus loco cruorem seu spiritum existere, dehinc interitus tempore affatim eum in aquam verti. Atque Classici Anatomici & horum veluti antesignanus inter neotericos Vesalius contrarium sentire videtur; veluti ex adductis hic ejus verbis patet, l. 6. de human. corp. fab. Cæterum an hominibus secundum naturam se habentibus involucrium illud aquam contineat, quam serosi humoris modo in ipsius cavitate inter disseccandum repositam observamus, mihi non admodum perspectum est. Quamvis nullam sanè humani cordis sectionem unquam aggressus sim, in qua non multam ejusmodi aquæ quantitatem repperim, quocunque etiam mortis genere, seu paulò, seu multò ante homo interiisset; Etiam si adhuc majorem copiam in mulieribus, quam viris animadvertim: nisi illi Natura admodum fuissent humida. Quin etiam minus ferè aquæ in nuper mortuis adinvenis quam in his, aquorum sectione diutius temperassem. Hactenus, probat de hinc per exempla, pluresque adducit historias anatomicas. Dicimus ergò, hunc humorem esse aqueum, ut supra descripsimus, atque omnis morbus, ac redinis, sal sed in se expertem, quod si aqueum potius quàm serosum quis nuncupare maluerit, de eo non inficias imus. De nominibus profectò quæstio esset, & si magis placet aqueum, seu aquæ per similem appellari ac serosum, veluti Fernelius, & Vesalius sentiunt. Hæc pro ejus essentia dicta

suffi-

sufficiant. Nunc videndum est, unde originem trahant, orianturque serosi humoris substantiam secundum Aristot. gignunt arteria & vena, Gal. test. 1. de sem. vel potius (meâ sententiâ) deferunt; quæ quidem dubia sunt Galeni verba, namque *Γὰρ ἐκ τοῦ σπέρματος* feminalis dicitur *αὐτοῦ* semen genitale & propriè piscium, quod lac convertit Gaza, ap. Arist. his venis existentibus nulli dubium erit, humorem hunc oriri vel immitti ex 4. cordis vasis, duabus scil. venis, ac totidem arteriis, ac etiam cum coronariis seu stephaneis, & quæ in eodem cordis involucri continetur. Nihil interea ambigimus, si quis nobis obiciat, ex arteria venosa non ferri talem humorem. Etenim plures Anatomes Profess. putarunt ac pro comperto habent, ex eo vase sanguinem etiam transmitti, uti per sensum probarunt. Quod si verum est, nulla nobis amplius dubitandi ansa relinquitur. At si adhuc aliquis pertinacior hoc ut falsum potius quam ut verum accipere maluerit, cum eo haud contendendum putamus, siquidem nostræ positioni minimè adversatur, si tamē huic opinioni adherere quandoque nobis placuerit, sententiam interim Bortalli non rejicimus, sed ut veram accipimus, de eo scil. ductu, ex quo sanguis ex dextro cordis sinu in sinistrum transfertur permeatque: sed de his alias fusius; hæc currente calamo tantummodo dicta sint.

Verum ostendat nostram sententiam Gal. locus l. 5. de loc. affect. ubi testatur, se venæ sectione curasse quosdam, qui cordis palpitacione affligerentur, imò affectum hunc misso sanguine, antequam invaderet antevertisse, cum, inquit, atq; omnes eos sanguinis detractio juvit & hoc accidente liberati sunt, qui post sanguinis missionem usi sunt victu & medicamenti, quibus esset extenuandi facultas. Educimus siquidem serosum humorem, qui ad cordis vaginam permeat illabaturque, una cum sanguine per ipsam venæ sectionem confirmarunt hanc Gal. sententiam Paulus Aeginet: Aliique plures. Verum exactius cum asserit veteres causam huius omnē vel in sanguinis exuperantiam vel in humorem copiosorem pericardio infixum retulisse; hæc ideo adjecimus quo probamus per venas arteriasque humorem serosum in cordis vaginam etiam deferri, præter potionis exiguum, ut in subsequ. capite enarrabimus.

Vide Real.
Columb.
l. 8. de cord.
& art. &
Valverd. l.
6. c. 14.

Cap. 1. & 6.
nec nō 1. in
3. de morb.
vul. con.
2.

Vid. Fern. 3
l. 5. de p. mor
& sympt. c.
12. in fin.
Vide Avic.
11. 3. tr. 2. c.
1. 2. & 3. &
Consteiss
Mongitan-
notat.

* *
*

*De Aqua in Pericardio, quod potus portio ingreditur per
asperam arteriam ad pulmonem, pericardium, & thoracem,
comprobatur auctoritate Hipp. Plat. Gal.
& experimento.*

C A P V T II.

Postquam hæc absolvimus, redeundum est, unde digressi sumus, scilicet unde ortum trahat hic humor, quando ex jam dictis vasis tantummodo non acquiesco, verum aliunde perquiro. Veritus semper sum, aliquod in medium proferre, quod veluti paradoxum nonnullis videri potest, uti nunc cogor: ipsa demum veritate impulsus, tuaque fretus; scio enim quam sis non solum sectator, verum etiam amator veritatis (uti optimum Philosophum decet, qui nihil antiquius possidet) ne autem balantum more cum cæteris concurram meam sententiam asseram, auctoritatibus, rationibusque munitam. Aqua quæ in involucri observatur, & quæ in thoracis cavitate, ortu ducit, nedum ex vasis inibi contentis, verum etiam & potus aliquid, roris modo, ac madoris eò penetrare censemus, quod fit, tum per ipsam anastomosin, tum etiam per diapedesin (si cum potu assumimus labendo veluti per parietes aliquid influit) rectè dici hæc possunt; quod autem ita permeat communis est Medicorum consensus ac ex Hip. clara sententia liquet, cum inquit, sed quomodo de aqua acervatim irruens, turbationem ac tusim multam exhibet? propterea, inquam, quod contra respirationem fertur. Quod enim per rimam illam, labitur, tanquam juxta parietem delabens, aëris elationi non instat, sed levem ac lubricam quandam viam humectatio ipsi præbet. Hunc itaque humorem cor de pulmone unà cum aëre abducit. Aërem quidem igitur, ubi in medelam cecidit, necessariò oportet retro per eandem viam, quã abduxit, rejicere; verum humorem partim in culeum ac vaginam suam expuit, partim rursus unà cum aëre foras propellit. Liquet igitur per arteriam venosam humorem aqueum ad cor abduci. Hanc

Et 4. meth. Senis sententiam confirmavit. Gal. plurimis in locis, præcipuè tamen l. 7. de us. part. c. 17. cuius verba ita sonant. Sic etiam meminisse hic oportet eorum, quæ in lib. de plac. Hipp. & Plat. monstravimus, quod scilicet

portionis exiguum quoddam in asperam arteriam deferatur, in orbem circum ejus tunicas expressum, non per mediam capacitatem iter faciens; quodque humoris istius est copia, quæ repente à pulmone accipitur, quodque ipsum totum madefaciat. Idem etiam confirmare videtur lib. eodem versus finem, tradens quod in omnibus febribus ardentibus contingit voces fieri, quas Hipp. vocat *κλαγγαίαις*, hoc est clangosas, partibus

e. 7. Hac
voce Hom.
etiam uti
tur.

tum

tum ad pharinga, tum ad arteriam pertinentibus exsiccatis. Contra in
destillationibus ac gravedinibus vox efficitur rauca humoris superflui
copiâ. Nec probatione, autoritateve egent, quæ sensus iudicant;
Quandoquidem in nobismetipsis experiri licebit æstivo tempore, præci-
puè tamen si quis in sole ambulaverit, & siti interdum vehementi cru-
cietur, vix loqui potest: Sumpto postea aquæ haustu, loto vel ore statim
vox redit, ecquid amplius immoror? cum vetustissima sit hæc sententia?
Nonne antiquissima fuit hæc divini Platonis opinio, qui sic scriptum re-
liquit.

Cum verò ex cordis palpitatione in terribilium rerum timore, ex
iræ excitatione præviderent fore totum hoc irascentis partis domiciliū
„æstuosum ac propemodum ignitum redderetur: subsidium illi pulmo-
„nū forma aggenerata invenerunt: quæ mollis primum, ac exanguis, de-
„inde cavernosa spongiæ instar, ac foraminulenta est, ut spiritu potuque
„excepto respirationem refrigeraret æstumque mitigaret. Hæc Plato.
„Atqui Hipp. Platone vetustior, nedum ratione, verum experimento
„probavit, ostenditque notam, asserens signum autem huius rei hoc
„est. Si quis enim aquam cæruleo calore aut rubricâ temperatam sitien-
„ti valdè bibendum dederit, maximè si, hoc enim pecus non est curio-
„sum, neque mundicie deditum, deinde dum adhuc bibit ipsius guttur
„referet; hoc calore reipsum tinctum reperiet: Sed non est cuiusvis hæc
„chirurgiæ aggressio. Nequaquam fides nostra suspecta esse debet de
„potu, quod homini in guttur vergat. Hæc Historia fuit vet. commu-
„nis sententia. Elapsis annis, cum anatomen cuiusdā nobilissimi viri ag-
grederemur, iussu magistratus, eo, quod repentina morte præventus
fuerat, & suspicio erat, ne causa leti veneficum fuisset; tandem cum nul-
li visceri vestigium sive nota ulla deleterii pharmaci appareret; inveni-
mus pericardiū ingenti mole tumens, quo manibus leviter pressio, humor
ipse aqueus ex ore uberim manasse liquido conspeximus, conjeci ex his

ob cordis palpitacionem ipsum statum obijisse: & quamvis in

omnibus hoc non ita succedat, tamen historia hæc

veram nostram sententiā pa-
refacit.

* *
*

Platonis
verba. Vide
thime: lib.
32. & Gal.
8. de Plac.
Hipp. Plato
6.9.

Nota pul-
cherrimum
Magni Hip.
experim.
Hipp. verba
in lib. de
corde.

*Humoris Aquei in cavo Thoracis reperti observatio.
Ichorum & thoracem penetrantibus vulneribus emanantium ortus
inquiritur solvitur superiore quaestione promissum de cordis
adipis consistentia atque natura.*

CAPVT TERTIVM

Veni in præcitatam sententiam ob plures causas, siquidem cum pluribus annis multa corpora secassem diverso mortis genere interemta, rursus diverso inter ipso tempore interitus. Cum scilicet aliorum affatim post obitum, aliorum verò aliquibus post diebus anatomicum eorum aggressus fuisset, omnibus in iis ferè quantitatem aquæ in thoracis cavitate haud flocci pendendam, cfluore ipso nonnunquam missa observari. Dubitans interdum, unde hæc ortum ducat, quidve sit. Revolvens Magni Vesalli voluminis reperij cum de hæc meminisse, quod quidem summè mihi satisfecit, ita ut tum sensus, tum præcitati Viri auctoritas me tenuerint. Inquit autem l. 6. c. 8. versus finem, (in prima impressione quandoquidè hæc verba in 2. Vener. editione manca sunt) „Neque hic me movet, quod quis, unde hæc aqua calidissimo visceri affundatur, interrogare possit, quem præter adipem, quo humanum cor „imprimis scatet madorem in reliquis nuper commemoratis sedibus a „nimadvertamus, & in aquæ subtercutem specie ab utero *ovulis* dicta „tantam aquæ vim in peritonæi amplitudine & etiam in aquoso ramice, „& interdum viventibus in thoracis amplitudine asservari in dies discamus. Concludit denique in ultimis verbis, maximam serosæ aquæ copiam in peritonæi, & thoracis amplitudine colligi, & in cadaveribus sole relictis, hoc autem ob vim ejusdem caloris contingere autumat. Nec nobis satisfacit, si aliquis diceret, naturam tantum aquæ ibi procreasse ob membranas inibi plures existentes, ut maderent. Etenim membranæ nullis partibus connatæ, neque invicem hærentes perpetuo madidæ ac lubricæ appatent, ut oculi palpebrarumque interior superficies, ac jecoris quoque intestinorum reliquarumque partium invicem tantum accumbentium, non verò connatorum, superficies madorem lubrici contactus gratiâ semper commonstrent. Quod etiam eximii Vesal. testimonium confirmat, ut liquet ex cap. 3. l. 6. de humani corpor. fab. absurdum equidem reor, si quis conjiciat hanc tantum ob causam tantam eo aquæ quantitatem à natura missam fuisse, quandoquidè eadem ipsa cæteris consimilibus partibus negavit, quæ cum justissima sit, ut etiam ab Hippocr. & Gal. sæpe nuncupetur alias non destitueret, si indigerent.

Ves. observavit aquam in thoracis cavo.

Sed

Sed cum ea nihil frustra agat, necessarium erit aliam causam indagare. Alia causa, quæ mihi præbet maximam dubitandi ansam est quantitas humoris aquei profluentis tot diebus egredientisque ex thoracem penetrantibus vulneribus, etsi in principio hoc latere videtur gratia cruoris cum eo committi, quod ex vulnere emanat. Verum primis ferè elapsis diebus membranisque læsis (alioquin minimè mea sententia profluit) videmus etiam non lynceis oculis humorem aqueum quoquo pacto alteratum eo modo emanantem, ut quispiam rei anatomicæ ignarus potum univèrsum inde exire putarit.

Dubium, quare tanta Hic horum copia ex thoracem penetrantibus vulneribus emanat.

Quamquam provincia hæc satis sit ardua, meisque viribus impar, tamen tuo fretus iudicio (ut quimus, quando non ut volumus) ipsam aggredior. Siquidem si scopum non feriam, dubitandi aliis occasionem afferam. Cum eo loci vigeat fons caloris, ac totius corporis veluti calidissimus focus foveatur & glisecat, non modo intra pericardium, verum etiam & ad præcordia ipsa, univèrsumque denique thoracem, necessum erat, cunctas has particulas perpetuo madore oblinitas esse, quandoquidem calor noster perpetuò refrigeratione, pabulo, & expurgatione indiget, alioquin extinguere ipsum & extabescere oportebit. Veluti superiore quæstione jam ostendimus. Hanc igitur ob causam sic eximia & illustris rerum Natura tulit, ut tum per venas tum & per arterias & per infinitam anastomosis & periopedefin veluti etiam prioris partes semper hæ partes & refrigerentur, calorque ipso pabuletur, tum eo ipso humore aqueo selecto, tum etiam ipso adipe, cuius quidem substantiam si benè intueberis, dum liquatur quoque pacto aliquantisper diversam à reliquo invenies; non tamen suos limites fugientem, cum non sit natura omnino dissimili. Adeps enim vero hic, si substantia oleosa pinguique tantum esset, facillimè ab ingenti calore liqueceret; portioque ipsius pabuli deficeret, quod absurdum est. Hac igitur de causa provida rerum natura adipem hunc ea substantia molita est crassa aquea aereaque mixta, in qua quidem meo iudicio aquæ ipsius elementum aereum prædominatur, exuperatque, ne scilicet ipsa incensa ustaque statim ferè immodicè calorem auget, & sic quidam esset oleum camino addere, & sui ipsius interitum causa existeret. Quod si cui hoc experiri libuerit ipsum in flamma liquens persentiet quidem quem alias diximus crepitum sonitumve, rursus si ipsum liquidum expendas, videbis luce clarius adhuc, aquæ naturam potius servare, quam adipis; nam vix facile coit, seu densatur, durefcitve, ut inde summam rerum opificis providentiam admirari cogamur.

Tantum hic acurem pungit: sed dubii solutionem quare in sequenti capite.

Solvitur in 2. quæstione promissum.

quæst. 2.

Prænarrata de Humore aqueo tum in Thoracis cavo tum etiam in pericardio brevi quodam epilogo repetuntur. Eius deniq. usus ex Hipp. Vesal. & ex nostra sententia panditur traditurque. Plura adjiciuntur spectantia ad Thoracis vomitum, & denique causa, cur fluores ex his vulnerebus magis plerumq. interdum nimis emanent, inquiratur ac degegitur.

CAPVT QVARTVM.

Dicimus tandem humorem in thoracis cavitate repertum oriri tum per ipsum transcolatum, sudoris modo ex vasis, uti diximus, & veluti per anastomosin & diapedesin, (subintelligimus tamen hæc) nec non & per ipsum potum, exigua tamen quantitate, quod minime rationi absonum putandum est, uti supra probavimus, nec non & videre licet sæpius cruorem & excrementa ex thoraceeducta, quod si datur egressus horum, datur etiam & ingressus dicti potus portiuncula, pro usu communiter ab Anatomicis tradito, præsertim Vesalio, qui cum probasset madidas, lubricasque perpetuo esse membranas, veluti interior costas succingentis, atque peritonei superficies, subdit tandem. Nunc „autem cor in continuo versans motu, neque dum vivit animal nunquã „vel momento in ipsius quod alioquin non movetur involucri quiescens, calidissimum viscus merito censetur, cur minus non madorem „duntaxat, ut reliqua omnia, sed aquam à natura ipsi privatim ejusdem „usus gratia largitam nanciscetur? Hic est verus usus prius ab Hippocrate omnis medicinæ parente brevibus quibusdã iis verbis descriptus ac traditus, & à cæteris omnibus post ipsum receptus ac confirmatus; cor figuræ veluti pyramis est, colore autem abundè puniceum & tunicam „levem circumdatam habet, & est in ipsa humor modicus veluti uncia, „ut putare possis in vesica eor diversari. Facta est autem ea gratia, ut „sanum in custodia florescat. Habet autem humiditatem tantam, quantafacis est æstuant in medelam. Cæterum hunc humorem cor emingit, bibendo ipsum assumens ac consumens, pulmonis vim, potum lambens. His Hipp. & Vesal. benedi. His addidimus eundem humorem usum etiam præstare cordi, ut inibi adeps concrecere possit efficiens tantam causam, uti supra probavimus. Lucrum igitur nobis accedit, si unacord. adipe met res tot usibus opportuna fuerit, ita ut summam opificii providentiam admiremur. Nec in textum ita sicco pede transeundum est, de humore profluente ex thoracis vulnere, veluti supra meminimus, & etiam spopondimus. Diu dubitavi ancepsque fui, ubinam oriatur ea aquæ copia

„Vfus ex
Vesal.

Vfus ex
Hipp.

Vfus ex natura
sententia.
Quest. de
cord. adipe
Dubii re-
petitio de
vul. thora-
cis.

copia, quæ tot diebus ex thoracem penetrantibus vulneribus emanat, si-
 quidem absurdum est, nec mihi satisfacit, quod nonnulli inepte arbi-
 trantur, scilicet hunc ex vulneris incisio vasis ichorem provenire, cum ipsa na-
 tura, seu facultas contentrix sanguinem, veluti vitæ ipsius fomitem re-
 tineat, ac excrementum, saniem seu ichorem transmittat: Pro dubii so-
 lutione ac veritate ipsa indaganda nonnulla prius considerata suppo-
 nendaque erunt. Et primò, quæ vasa disrupsa esse possunt. Secundo
 supponimus, haud æquè ex omni thoracis vulnere penetranti provenire
 humoris quantitatem. Ita scilicet si vulnus posticam vel anticam partem
 occupavit, veluti si supernam vel infernam: læsionem vero pulmonis o-
 mittimus, quia de ea non est nostra tractatio, & si eo ictu major ejusdem
 aquæ sequitur profluvium, mediastinum non excipimus, de cæteris con-
 tentis non meminimus: quia ea ex nostro sermone excludimus. Vasa
 disrupsa sive vulnerata possunt esse aliqua ex iis, quæ ex vena Arigos seu
 parisi expers (ut dicunt) nec non arteria Aortia pro costis alendis produ-
 cuntur. Hæc quamvis omnino essent collisa, minimè possunt mea
 sententia tantam humoris vim primo aquei, secundo puris in thoracis
 cavitatem transmittere, ita, ut aliquando per triginta dies & plus, minus-
 ve tres quatuor & aliquando quinque hæmias humoris collegerim, u-
 noque die, quod quidem mihi admodum mirum est. Cæterum vide-
 mus in aliis corporis locis consimilia vulnera, & etiam in quibus majora
 vasa disrupsa & vulnerata sunt, nec tamen ullam cum dictis habent sym-
 pathiam, sive analogiam, namque nec eum expurgant humorem, imò
 circa initia cum adhuc coctione egeant saniosa apparent, verum hæc
 longo itineris tractu differt ab ea, quæ in thoracis cavo reperitur sub-
 stantia, colore, & quantitate: substantiâ quidem magis tenui, vere aquo-
 sa, crebriusque quibusdam veluti ramentis permista: Colore aqueo, i-
 ta ut aquæ potius quam saniei formam præ se ferat. Præterea ejus, quæ
 in thorace continetur, aqua tanta copia est, ut nusquam in reliquo totius
 corporis tunico existente quovis magno vulnere unquam à nobis tanta
 aquæ quantitas observata sit; nec ex nostris præceptoribus audivimus,
 tum in abdominis maximis penetrantibus vulneribus, tum etiam in ma-
 gnis ipsis artubus illatis, concavis, ac sinuosis existentibus. Ita ut nulli
 dubium sit, quod non ratione cavitatis thoracis seu vasorum incisione
 accidat: Verum aliunde provenit; transmittit siquidem cum humorem
 provida natura, tum per ipsum transcolatum veluti per sudorem, tum per
 ea ingenia seu modos supra jam citatos. quo partes illas madore perpe-
 tuo irrigari ac humefieri licent. At, quo tempore magis poscit hoc
 thorax, tum scilicet cum ejusdem humoris fiteductio per ipsum vulnus:

F

hac

Falsa quod
 rundam
 medico-
 rum opinio
 improba-
 tur ac re-
 fellitur.
 Suppositio-
 nes.

hac ratione tantam videmus humoris copiam eo tempore ex vulnere tali affluere. Notandum interea est, quod si partes contentas, pulmonem scilicet vel membranas phlegmone corripere contingit, tunc cessat per aliquot dies humoris huius evacuatio, surgentibus absorbentibusque iisdem ipsis talem humorem, aliter calore ingenti urerentur, atque corde consentiente sequeretur matura mors, hac industria vel ope natura rerum prudens præcavet talem morbum, liberis dehinc ab inflammatione partibus evacuatio eadem pristinum locum sibi vendicat, in majori quanto tamen aliquamdiu. Verum inquires, quomodo postea suppuratio sequitur? Nos respondebimus, ob cruorem aquæ permixtum fieri postea, ut inde pes egrediatur labefactatis, ulceratisque partibus nonnullis thoracis. Supponimus enim tunc sanguini misceri aqueum humorem. At qui quare seorsum pus tantum aliquibus diebus appareat, alias tractabimus, & verissimas rationes adducemus. Verum an ita in viventibus superfit adhuc ambigimus cum Vesal, qui semper aquam in cadaveribus vidit, nos autem cruore plerumque mistam observavimus: in viventibus vero (ni fallor) reor tantum modo aquam contineri sine sanguine, nam aliter & rationi & Hipp. sententiæ repugnaretur dicentis, si sanguis præter naturam in ventrem fluat, necessario putrescere. Hæc huius Celeberrime Ingrassia Præceptor, quæ de humore aqueo in pericardio & thoracis cavo dicerem. Tu, si quid offendes, quod tuas purgatas aures offenderit, mihi gratissimum feceris, si illud tanquam malè natam prolem sustuleris, & penitus confoderis. Vale

l. 6. Aph. 2.

& me tui studiosissimum ut soles,
ama,

F I N I S.

* *

*

JULII

JULII JASOLINI

HIPPONIATÆ

Philosophi ac Medici

*De poris cholidochis, & vesica fellea, pro Gal. adversus
Neotericos Anatomicos*

Plura noviter observantur, quæ in seq. pagina
ostenduntur.

Ad D. JOHAN. PHILIPPUM
INGRASSIAM,

Regni Trinacriæ summum Archiatrum.

F Alloprii sententia de poris cholidochis & vesica bilis adversus
omnes anatomicos examinatur ac refellitur.

Nec non, quod datur triplex facultas, triplici fibrarum ge-
neri contra eundem probatur.

Galenii opposita sententia ac vera, quomodo bilis trahitur à vesica fel-
lis panditur.

Ejusdemque insignis locus l. 5. de usu part. à nemine hucusque
præstentus declaratur.

Novus vero usus illius poris fellici ab hepate ad duodenum tradi-
tur.

Nonnulla de bilis generatione notatu digna considerantur.

Plura Galeni loca conciliantur.

Quod bilis à facultate non ab epatis compressione expurgatur
contra falsam Fallop. sententiam.

Aliqua de morbo regio adduntur.

Nova & pulchra observatio, tum vasorum; tum vesiculæ bilis; eius-
demque administrandæ ratio, typus, & characterum index panditur.

Novi usus probantur, solvuntur dubitanda, plura digna adduntur;
verusque vesiculæ bilis usus detegitur.

GABRIELIS FALLOPII

Sententia de poris cholidochis, Nec non ejusdem ac
aliorum Anatomicorum lapsus detegitur.

CAP. I.

QUæ doctissimus Fallopius Mutinensis de poris felleis conscripfit, quanta cum diligentia potui, legi, Ingratissima præceptor mi Colendissime, ac quid de illis sentiam, morem tibi gesturus annotabo: æquo animo ejus discipulos laturus confido, si in aliquibus rebus ab illo dissentio. Nam inter medicos sæpè variaz sententiaz, ac contentiones oriuntur, quæ si ad indagandam veritatem habentur, & ut posteris profint, debent ipsis contendentibus nedum amicis placere ita enim veritas ipsa clarius elucescit. Hæc herclè cum per pauca esse viderem, in brevius compendium conferre volui, quam res ipsa postulabat: ut intelligerent homines me in alienis erroribus siquidem quicunque possum, corrigendis non ita esse verbum; ne arbitrentur, me potius inani gloria, quam veritatis tuendæ causâ esse adductum. In tuo tamen nomine ea edere volui non solum, quia nescio quo fato accidar, ut omnia mea vel minima negligere non soleas, sed ut malevolorum obrectationibus tuta sint. Non enim ignoro, complures vel malevolentia adductos, ut iniquos, vel benevolentia ut ipsius Fallopii discipulos mihi iratos fore; nam boni quidem viri non dubium est, cum me hunc laborem suscepisse viderint, ut posteris profint, quin mihi gratiam habendam fateantur. Hæc igitur mente ad rem ipsam veniam.

Opinio est Fallopii in suis veris Anatomicis observationibus adversus omnes dissectionis professores: asserens anatomicum dogma esse, atque ab omnibus receptum, quod *πρὸς χοληδόχου* qui per jecur disseminantur omnes collecti in unum meatum recta ferantur in cervicem vesicæ felleæ vocatæ. Quod dogma, (subdit) minimè concors est cum natura rei, si quis studium adhibere voluerit, certò cognoscet poros istos per rectum meatum ferri in intestinum duodenum, rectoque tramite ac continuo in illud bilem flavam ad usus opportunos exonerare. Sed quoniam semper commodum non est, dum chylus copiosus & recens reperitur in intestino gracili, ut subinde ex ipso intestino à bile procidat, ac seipsum contrahente exprimatur; quia non fieret suctus, aut distributio ejusdem chyli ad hepar opportuna. Idèò natura magistra omnium pulcherrimarum inventionum in sectionem istius meatus, per quem fertur bilis in intestinum, artificiose ita construxit, ut dum extenditur

ditur ipsum intestinum, atq; tunica tunicae constringitur, non possit hoc
 excrementum in cavitatem duodeni exonerari. Hoc autem fit, dum in-
 testinum plenum chylo in opere distributionis quasi turgescit, atque eo
 oblectatur, ne autem excrementum in hepar regurgitaret, diverticulum
 fecit natura, in quo colligeretur, vesicam scilicet bilis quam huic meatui
 medio in ductu cervicis implantavit; ut in illam ad tempus regurgitans
 bilis recedere ac colligi possit: unde postea aperto meatu duodeni re-
 fluens in intestini cavum se exonerat. Hæc Fallopius. Probat ac fulcit
 suam opinionem ostendens quemodo tunc bilis fluat, inquit: Egredi-
 tur autem bilis tunc temporis ex vesicâ quia vas hoc ita affixum hepatis, ut
 ab illo semper leviter comprimatur in rectis animantibus in brutis vero
 comprimitur à ventriculo, quâ ex levi compressione fit: ut aperto ductu
 bilis facillimè viam inveniât in intestinum.

Tandem ut suam rursus sententiam verum ostendat, negat tripli-
 cem facultatem huius vesicæ, ac tradit vanum esse illud anatomicorum
 inventum, cum neque ipsa vesica attrahat, neque retineat propter ob-
 stationem quandam ipsum fel, neque expellat per se, sed omnia afficit eâ
 ratione, quâ dixi: etsi quid attrahat illud est alimentum, propter venas
 ad illam ut alatur fluat. Deceptos autem anatomicos à situ ipsius vesicæ,
 eò quod secundum ejus inferiora cervix superiora ad jecoris portas re-
 spicere videtur; ideoque eos arbitratos esse, meatum recta in vesicam ab
 hepate ferri, autumat. Atqui ex propria ejus sententia cervix propè por-
 tas quasi duplicata reflectitur, atque ipsius pars altera, quæ cum meatu
 conjuncta est, quod non sursum ad portas, sed deorsum ad duodenum
 respicit, simulque inspiciant diligenter ductum ac inflectionem ipsius in-
 tæneum. Gloriatur verum hunc se reperisse usum, tradit se observasse la-
 pidis copiosissimi ac maximi concretionem, tum in vesica, tum etiam in
 meatu ab hepate in intestinum: verum causas ipsius omittit. Nunquam
 observavit meatum aliquem ad ventriculum deferri, quamvis illud fieri
 posse minimè negat, fortè adversus antiquos, & divinum Vesaliū, qui
 hunc vidit, & hominem in quo viderit attestatus est. Cuncta hæc Fallop.
 habet præcitato suo libello ferè ad verbum à nobis ab eodem descripta
 adversus Galenum, cuius autoritas fuit causa anatomicis errandi jux-
 ta Fallopiū.

Nam quicquid est causa aliorum, ut sint talia, illud est maximè tale,
 Arist. teste, Gal. ergo examinemus, quia verum nescimus, si causa ejus
 sententia de poris *χοληδόχης* male ab anatomicis hucusque intellecta fuit,
 nam de his cum meminerit, plura in medium affert, quæ mutuo inter se
 dissentire videntur. At si quis peregrina mente contemplatus diligentius

eius verba perlibrabit, loca omnia ad amussim conciliando, videbit sole
 clarius absolutam verissimamque ejus sententiam, adeo selectam, &
 omnibus numeris perfectam, ut tanto viro absque labe merito dignam
 posthac ab omnibus profiteri necesse sit. Nec mirum profecto videri
 debet, si Anatomici omnes balantum more lapsi fuerint: Nonnulli reor
 putarunt ex his unum habere refugii locum, videlicet se cum multis errare.
 Alii vel falsum sensum, vel temere mutilam Gal. mentem adepti sunt: Nec
 possum satis mirari de Eximio Vesal. qui cum sedulo Gal. libros Anato-
 micos omnes & præsertim de usu part. præ manibus haberet, quomodo
 hunc locum, (mox à nobis patefaciendum) nunquam legerit, vel potius
 incuria omiserit, cum de eo in suis magnis scriptis nullibi tractarit. Cæ-
 terum ejus discipulus Fallopius, doctissimus, & in re Anatomica diligen-
 tissimus adeoque clarus, ut ne dum sui Præceptoris simia, verum etiam
 inter classicos præcipuos reponendus (ut patet ex suis in re Anatomica
 magnis observationibus) (id enim opus verum ab ipso editum cense-
 mus) miror etiam hac in re clara quomodo hallucinatus fuerit: Qui
 aliorum dictis non acquiescens (fortasse ob sui ingenii acumen) nec Gal.
 locum à nobis ostendendum respiciens aliam, ut vidisti à cæteris omni-
 nò dissimilem sententiam prorulit, quæ adeo perspicua videtur, ut multi
 nedum damnandi verum sectandi ipsam occasionem sumserint: pluribus
 Italiæ locis, præsertim vero in nostro Neapolitano Gymnasio. Sed non
 omne quod apparet, verum est, Arist. testimonio: item nec omne quod
 dicitur, cum ab eo, quod res est, vel non est, vera vel falsa dicitur oratio,
 ut alibi idemmet confirmat.

4. Metaph.
 1. 24.

*Vera magni Galeni sententia aureusque locus 5. lib. de usu
 partium adversus Vesal. Fallop. & ceteros anatomicos. Novus usus
 amplioris meatus ab hepate ad duodenum panditur, probaturque
 ratione & experimento.*

CAP. II

ADrem ergò redeuntēs, veritatem cum Galeno indagabimus, qui
 dirimit omnes controversias animique perplexitates, & vera his
 verbis pandit l. 5. de usu partium.

Εἰς τὴν γὰρ δὲ τῆς ἐν τοῖς πλεῖστον φυσικῶν. -- usque ad verba ὅτι ἡ φύσις
 αὐτὴν ἐλθὼν παρεσκευασέν.

„ Quod est demonstratum, namque est in iis commentariis, quos de
 „ facultatibus naturalibus edidimus, quod, quæ particulæ per ampla qui-
 dem

dem orificia succum sibi accommodatum trahunt, non possunt solum
 ipsum neque parum neque sincerum trahere, sed alterius cujusdam di-
 versi generis admittance adulteratum; si vero in tenuia admodum ac
 mente contemplanda orificia, trahentium instrumentorum fines desic-
 rint impermistum demum exacteque syncerum succum familiarem at-
 trahent. Ex quo fit, ut quæ ad jecur est cystis invisibilibus atque angu-
 stis prorsus finibus vasorum à se ipsa in viscus immisissum, quem succum
 natura sibi perscripserat trahendum, eum solum omnis alienæ qualita-
 tis expertem jure attrahat (subdit deinde) cum neque lien, neque renes
 accommodatum sibi duntaxat eliciant succum: Verum splen quidem
 cum illo trahit etiam, aliquid sanguinis, quem antequam ad ipsum perve-
 niat, venæ quæ sunt in epiploo trahere ad se ipsas occupant: Renum
 vero uterque multum quidem bilis flavæ attrahit, ac propemodum omne
 id, quod venæ & arteriæ, quæ in ipsis sunt, continuerint: multam vero
 sanguinis, quod scilicet in eo est humidius ac tenuius. At biliosi quidem
 excrementi quicquid non admodum crassum fuerit, cum minus permeat,
 sanguis vero carni ipsi renum aspergitur, instar fecis cujusdam, inde
 jamjam paulatim vaporis modo in totam ipsam disperditur adhærescit,
 atque demum alimentum fit in renibus. Dicimus ergo atque tenemus
 cum magno Gal. (pareat mihi in hoc auctoritas cæterorum tantorum
 virorum, veluti Vesal, Fallop. & reliquorum ejusdem sectæ, qui in re adeo
 clarâ hallucinati sunt) biliosum excrementum bifariam ab hepate ex-
 purgari scilicet impermistum exacteque syncerum, & Cylis, quæ ad jecur est
 invisibilibus angustisque finibus vasorum ad se omnis alienæ qualitaris
 expertem id trahit. Vas autem quod ex jecore ad vesicam seu roavis ad
 duodenum pertinet (medio enim ductu juxta vesicæ cervicem implan-
 tatur) biliosum adhuc etiam excrementum, crassiorem tamen, neque
 purum, neque syncerum, sed permistum ad se trahit, id ipsius vasis stru-
 ctura (magnitudo indicat, quod vas hoc ita amplum, ideo natura rerum
 parens condidit, ut nec alia ratione ita fabrefactum fuisse conjectandum
 sit, quod etiam clarè liquet, ac colligi potest ex pluribus Gal. locis, & præ-
 sertim l. 6. de anatomis administ. c. 2. cum inquit, ex his instrumentis
 alia quæ subtile & leve in eo habetur, expurgant, alia quod terrestre &
 grave est: alia, quod inter hæc duo consistit aquosum serosumque. Prio-
 ra, quod bilem recipiant, meatus bilis receptores, græcè χολεδόχοι à Me-
 dicis appellantur, & vesica similis meatibus bilis receptrix græcè χολε-
 δοχὸς dicta. Quæ vero terrestre ac grave excrementum continet, ex
 visceribus lien est: ex venis ea, quæ ad imam partem recti intestini perti-
 nent (subdit demum) itaque necessario tria hæc instrumentorum genera

in

deratione
 sius re-
 num.

Syncera,
 impermista
 bilis à folli-
 culo trahi-
 tur.

Vfus.
 Biliosum
 crassum &
 permistum
 excremen-
 tum vas, ab
 hepate ad
 duodenum
 trahit.

Novus usus
 ratione
 probatur.
 4. de usu
 part. c. 12. &
 13. 6. de
 anat. admini-
 str. c. 17. &
 1. de natur.
 c. 6. v. finē.

in omnibus animantibus ad alimentum distributionem natura condidit, atque hoc est commune & idem universis. Intestina quidem & ventriculus, venæ, & jecur, ex eorum numero sunt quæ prima ratione facta dicuntur; discretionis autem purgationisque recrementorum gratia condita vasa, quæ bilem recipiunt, & jecori vesica: insuper lien & renes ex secundis consistunt.

Musculi vero qui recrementis egerendis subserviunt tertiis annumerantur. Pater ergo ac liquido constat ex his, veram esse Gal. sententiã præcit. lib. 5. de usu part. eã etenim omnibus in suis libris, quibus de his instituto meminit confirmat, ut ex supra citatis verbis ejus clare liquet, cū asserat, meatus bilis receptores & vesica similis mentibus bilis receptrix, & infra, discretionis recrementorum gratia condita vasa, quæ bilem recipiunt, & jecoris vesica: & alibi, per fellis vocata vasabile expurgari asseverat: quasi diceret, bilem ipsam nedum per vasa plena, quæ tenuissima & innumera prius ramorum serie constituta per jecoris corpus inter poras & cavæ venæ propages, diffusa, in duo ante & postea in unum angustum meatum desinentia ab ipsius cystis protensum, ab ipsa trahi. Verum etiam hæc eadem bilem trahit sincerã impermixtamque per exiguos invisibilesque meatus à se ipsa in viscus immisos; scil. fines horum instrumentorum inseruntur, desinuntque in ipsius vesicæ corpus medium, quod hepati annectitur, & sinum sibi insculpit; Ideo censemus, ita eam jecori affixam connatamque videri, ut nisi conatu diligentique sectione haud avelli possit. Arab. Princeps hac ratione forsitan ait, pro bilis facit ad roborandum concoctricem vim, cum inquit, sicuti accensio ignis sub vase, &c. Igitur si benè Gal. verba perlibrabimus, quisque etiam non lynceis oculis videbit claram hanc fuisse ipsius sententiã, ab aliis forsitan malè interpretatam. Quod si quispiam temerè objiciat; ne dicam stultè (falsa abusus divisione) vesicam trahere per exilia vasa mediata, atque ita subintelligenda Gal. verba censet, id nedum Gal. verbis minimè aridet, verum etiam nec concors est cum natura rei, etenim volens Gal. suã roborare sententiã sumit oppositum, tanquam nota, & argumentatur à contrario, scil. quæ partes per vasa ampla succum trahunt, quæ per tenuia orificia, contra: Liquet ergo ex his abundeque probatur est, vesicam fellis per vasa illa exigua in viscus immissa synceram bilem ad se trahere. Sed quid dicendum de poro, quem magnum ratione ad exigua nominavimus? Ego quidem à cæteris anatomicis circa ejus propagationem non dissentio: sed enim verò trahere hunc ad se syncerum ac purum humorem, ac trahit ipse folliculus ab eorum opinione omninò recedo, Gal. innixus, si vera sunt ejus benedicta, scil. quod quæ particula per ampla

b. Fius. H.

quinta de-
cima tertii
tractat. 1. c.
1.

Respondet
tacite ob-
jectioni.

plurima orifica accommodatum sibi succum trahunt, non possunt solum ipsū
neque purum, neque syncerum trahere: sed alterius cuiusdam diversi
generis admistione adulteratum, & exempla affert de splene, & de reni-
bus, quorum alterum sanguinem cum suo succo alter bilem attrahit. Ra-
tioni ergo consonum erit præcitatum meatum cæteris bilem transeunti-
bus ampliorem, ad se biliosum succum vel alterius cuiusdam diversi ge-
neris admistione adulteratum vel crassiore trahere. Quamvis Galenus
asserat l. 2. de natural. facult. c. ult. per fellis vocata vasa expurgari flavā
bilem tenuem humidam ac fluidam, non autem cum ad ultimum exco-
cta flava ignea, crassa, vitellis ovorum similis. hæc namque præter na-
turam est, altera secundum naturam. Sententia hæc nostræ propositio-
ni è diametro haud adversatur, namque intelligimus per fellis vocata
vasa expurgari flavam bilem tenuem, non autem vitellinam crassam: h. e.
per ea vasa exilia, & ferè invisibilia, ex quibus syncerus humor per eorun-
dem ora expurgatur, ut supra ex ejusdem sententia patefecimus. Negat
igitur Gal. expurgari, per ea vasa vitellinam, non autem per vas amplum
ex hepate ad duodenum: cum asserat per vasa, non autem per vas, sub-
intelligens plura, quæ desinunt in vesicam. Rursus non intelligimus,
bilem ad ultimum excoctam vitellinam admodum crassam, sed crassio-
rem tamen, quam flava, & tanquam via quædam ex flava ad vitellinam,
quippe flava est, efficitur vitellina eodemmet teste præcitato capitulo.

Bilem crassam in hepate gigni.

*Galenus de atra bile interpretatur: pluraque eiusdem
loca conciliantur, triplex facult. fibrarum datur adversus
Fall. Asclep. & Erasistratum.*

CAPUT TERTIVM.

Paradoxum videri non debet, si vitellinum in jecore plerunque pro-
gigni pronuntiabimus, quando quidē ita Gal. sententiam subintelli-
gendam esse censemus, asserens lib. de atra bile, ipsam in vasis fieri,
quæ quidem plurima sunt in hepate: quam sententiam Rorarius per Gal.
atque doctissimus alius Neotericus sectantur, cæterum in ipsius bilis tum
æruinosæ. tum etiam isarodes dictæ, ne dum ij præstantissimi viri, verū
etiam Fuchsius atque Bras. hallucinati fuere, malè Gal. verba interpre-
tantes, & miror equidem, quomodo in re adeò clara tanti viri lapsi fue-
rint, qui contendunt ex ante citato Galeni loco, æruinosam & isarodem
bilem in ventre gratiorem obtinere; reliquæ vero puta flava, pallida, &

Bilis vitel-
lina quara-
tur in jeco-
re.

Contra Mu-
sam & Fuch-
sium.

vitellina in vasis & jecore tantum. Atqui Gal. audiamus, inquit præci-
 tato loco, & alibi sæpius. Ipsa ergo bilis seu pallida, seu flava, seu vitelli-
 na visatur, generationem in vasis obtinet: in ventriculo autem alia quæ-
 dam porracea gignitur. Sic enim eam à pororum colore denominan-
 tes vocant: sic æruginosam quoque quod ærugini similis conferatur; est
 & quædam isatodes bilis dicta, ab isatode cæsum colorem referente.
 Hæ omnes commune id habent, quod permanent inconcreta. Sic igitur
 & rubram nonnulli bilem nominarunt, quod ad tenuem sanguinem
 consistentiâ proximè accedit, sed quoniam non concrevit, idcirco bilē
 eam appellant. Hæc Gal. At idem expolitur, confirmat ac declarat suā
 hanc sententiam clariori oratione l. 2. prognost. com. 39. & com. 20. &
 21. ubi voculæ illæ considerantur, videlicet ochra & chloton; meminit e-
 nim tantum de coloribus bilis & alibi, nec quidem tot tantisque viris cō-
 tradicere ausus fuisset, nisi veritas autoritasque tua me ad hæc scri-
 benda compulissent. Clare patet ex his quod Gal. intentio est, enucle-
 are, cur bilium tot genera, talia sortita fuerint nomina, & postquā por-
 raceæ originem tradiderant ostendit, qua ratione, tum hæc, tum etiam
 æruginosa & isatodes, sic denominantur, & ullam ibi de ipsarum ori-
 gine mentionem facit, quod liquet ex his, quæ subdit, cum inquit, sic
 „enimeam à pororum colore denominantes vocant: sicut æruginosam
 „quoque quod ærugini similis conferatur, & isatodis dicta ab isatode cæ-
 „sum colorem referente. inquit ergo causam vocum & quod quid no-
 minis ipsius bilis æruginosæ & isatodis; non autem (ut malè illi sentiunt)
 ipsarum originem indagatur. Generari æruginosam bilem ex flava ad-
 modum assata, nec non ob jecur phlegmone affectum, & ex vitellina, li-
 quet ex Galeno doct. prozret comment. 1. com. 10. & 2. de naturalibus
 facultatibus c. ultimo, quamvis idem sentire videtur l. 2. prognostic. com.
 39. Porracea altera præter naturam invenis gignitur ratione ægrotatio-
 nis. Atqui pro conciliandis locis dicendum est, in sanis porraceam bi-
 lem generari in ventriculo, in ægrotis in venis magnis. Hæc obiter dicta
 sint, cum nec ista sibi locus poscit. Est enim nostra opinio probare, quod
 in jecore & in vasis datur bilis crassioris substantiæ, rationi ergo conso-
 num fuit, hæc suum decentem habere ductum, ut locus locato non sit
 dissimilis, nec frustra natura, igitur vos hoc amplum, & chians reliqua exi-
 lia molita est, Bilim flavam trahi à cysti per nuper dicta vasa exilia proba-
 tione non indiget, quando ipsa humoris substantia tenuissima, vesica q;
 amplius latusque nexus id clare demonstrant, ita ut veluti per anastomo-
 sin & per diapedesin facillimè bilem trahi posse nemo est, qui ambigat,
 Cæterum non negamus aliquam bilis portiunculam trahi, & quandoq;

reme-

remeare ad vesicam ex magno ab hepate ductu. Verum contingit hoc, cum commune hoc prope duodenum obstruitur, velut in aquato morbo: Rursus tempore distributionis chyli, cum duodenum turget, non expurgatur ea bilis copia, quæ possit regurgitare sic ut egeat diverticulo; sed postquam chylus per stelecheja & parte ramos ad jecur distribuitur, quod satis liquet ex Galeno, & rationi consonum erit, ut probavimus in 6. cap. pro conciliandis Galeni locis 53. l. 5. de usu part. ubi per insensilia vasa trahi bilem vesica synceram ad se & lib. 4. ejusdem numeri cap. duo asserit prælonga colla veluti stomachos, alterum ad attrahendū excrementum, reliquum ad emittendum idoneum, quia de his magnis vasis nunc tantum agit, non excludens interdum exigua vasa, quibus præcipuè bilem etiam vesica trahit; existo Gal. loco omnes fere anatomici (mea sententia) decepti fuere. Cæterum lib. de nat. fac. 3. cap. 13. asserere videtur per unum eundemque collum bilis vesiculam diversis temporibus impleri & vacuari, apparet ergo in Gal. verbis manifesta contradictio. Cui ita respondemus pro locis conciliandis, quod Gal. ubi ex professo tractat, de ipsa bilis cysti explicat ejus constructionem, connexum, figuram, substantiā, rationem & usum ad amissim; veluti ex instituto ipsam descripsit in suis libris anatomicis, videlicet 6. de anatom. administrationibus cap. 12. nec non & præcitato lib. 5. de usu part. & quarto. ubi de magnis tantum ductibus seu vasis agens, duo ejus vasa numerat. Atqui in antecitato cap. lib. de nat. fac. probat ex intento Gal, quod eadem pars attractioni & expulsionī deserviat, intendens per hæc nutritionis tempus in quacunque parte ostendere, quod per inductionem probat, & assumit id, quod per se facit, & ex eo id quod conspicuū jam magis est. Ideo asserit, si modo ventris stomachique quam gulam vocamus non cibos tantum potionemque in ipsum ducere, sed etiam in nauseis contrario fungi misterio cernitur, & vesicæ, quæ sub jecinore est, collum cum unum sit, tamen per se vesicam non solum implet, sed etiam vacuat: Vteri præterea stomachus, quod collum appellamus, pari modo est (at idemmet ipse demum lubdit) ergo cum & uterum & ventrem, & eam quæ hepatis subest vesicam. non trahere modo, sed etiam à se pellere per unam eandemque viam videamus, mirari non debemus, si etiam per venas in ventrem natura nonnunquam excrementa expellit. Illud verò multò etiam nunc minus est mirandum, si per quas venas à ventre in jecur facta est digestio, rursus à jecinore in ipsum trahi aliquod alimentum in longiori inedia potest. Hæc Gal tradit, intendens probare, quod una met pars attractioni & nonnunquam expulsionī deserviat, & exempla affert in vasis magnis conspicuis; Ideoque usus est illis voculis

Alia ratio
contra Fal-
lopium.

13. tertii de
natur. fa-
cult.

Anatomici
corp. lapsus
detegitur.

Gal. cont.

Cap. 6. in
fin.
Cap. 4.
Solut.

1. Respon-
sio.

Per collum
quæ pars
vesicæ in-
telligatur.

responsio

Vide Gal.
de voce
instrum.
dissect. & r.
de nat. fac.

(nonnunquam) (videmus) quandoquidem reliqua vasa quibus cystis trahit sinceram bilem, invisibilia sunt, neque si de iis meminisset, probaret suam opinionem, & propter hanc rationem illa sedulo reticuit, non negavit, & de collo tantum meminit, quod etiam perspicuum esse videmus, & per id sua sententia roboratur. Intelligimus autem per collum eam partem, quæ à vesicæ corpore deducitur usque ad vasorum (communis in quem & illius quod ab hepate procedit) divaricationem, trahi per collum vesicæ bilem tenuem ab hepate, sed præcipua mea sententia, cum ipsa regurgitavit, ut probavimus, ne vasa immodicè repleta distenderentur. Rursus addimus, quod Gal. stomachum pro exemplo sumit in nauseis contrario ministerio fungentem, ita ut mirum non sit, si eodem modo tunc vesicam bile impleri dicat, per idem stomachum seu collum præcipuè cum ipsa regurgitaret à pari, abutitur ergo tunc natura ferè onere pressa vesicæ, quemadmodum & ipso ventris stomacho in nauseis, cuius munus est ducere in ipsum cibos & porus, trahit ergo vesicæ quicquid biliosum fuerit ad se, & à magnis ductibus si bilis eo regurgitaret secundum naturam. Naturales enim facultates universè agunt absque electione, & sic impletur, non autem ut Fallop. qui negat triplicem istius facultatem, Asclepiadem, & Erasistratum sectatus, quorum sententias Gal. suis in libris de nat. fac. refellit ac deridet. Et nemo aliam viam reperit: ac Fall. carnosus tantum sibi omnibus vim expellendi tribuit.

Quod bilis expurgatur à facultate fibrarum vesiculæ, non ab hepatis compressione. Et quare eam innoxie trahit folliculus. Adversus Fallop.

CAP. IV.

Contra ali-
ud Fall. ab-
surdum
quod bilis
expurga-
tum à fac.
fibr. non à
hepatis co-
mpressione.

Postquam bilis ipsa expurgatur à vesicæ fellea de mente Fallop. propter levem impressionem factam ab ipso hepate quæro, num actio istius motus sit naturalis & per se, vel sit ex aliorum interjectu, & ut dicunt ex accidenti, seu casu, quod autem hepar per se non moveatur clarum est, ac omnibus qui vix ipsius anatomes limen attigerunt, liquet: quando nullum illi motorium instrumentum, rerum parens natura sedu'ò tribuit, hoc autem cum sit tam clarum, quam quod clarissimum, in eo amplius immorari absolum sit. Restat ergo, ut dicemus hunc esse motum factum ex accidenti vel à casu, atqui hoc repugnat & rationi & evidentissimo sensui, quandoquidem cum cadavera agitantur, deci-

dunt.

dunt, obrectantur, ac diversimode conquatiuntur, priusquam dissecta fuerint, cum ad locum anatomicæ administrationis ineptè deportantur, impossibile est, quin jecur premat ac ferè auferat folliculum, quod perpetuò is vacuus bile deprehenderetur. Verum hoc falsum est, quotidianis namque experimentis videmus vesicam bilis modo plenam, modo non omnino vacuum, & aliquando plus minusve continere ipsius biliosi excrementi, repugnat hoc etiam sensui, siquidem jecoris portionem ipsi vesicæ est directo incumbens validè nostris manibus pressimus & vesicam arctavimus, & nec minimum quidem bilis eduximus: elato deinde hepate bile in vesicula non sine valido digitorum appressu evacuavimus: contingere autem hoc ob ipsius meatus angustiam nemo est qui ambigat, secus atque delineatus apparet apud Vesalium, quod Fall. errandi ansam præbuit, picturæ & non sensui innixus; hic autem meatus optimè in nostra tabella secundum sensum depingitur, & cuivis etiam experiri licebit. Confirmat hanc nostram sententiam Vesalius in initio sui cap. 8. l. 5. asserens inferior autem extra jecoris substantiam deorsumq; pronet, à nullo cui innititur corpore pulsu. Nam vacuo penè interstitio ad dextrum ventriculi latus coloreque huc prorepens interstitium conspicuo incumbit: requiritur ergo ad compressionem corpus subjacens cui inniti possit vesicula, quod nullibi extat, si quis accuratius rem hanc perpenderit, falsam omnino Fallop. sententiam velit etiam invitus nolique pronuntiabit. Præterea in brutis ventriculum comprimere vesicam omnino à ratione alienum est, quando vesica vesicam arctaret, nec perpetuò ventriculus turgere, eamque adeptus est duritiem, ut possit bilis vesiculam comprimere: erit ergo expulsio ipsius bilis, actio naturalis, ipsius vesicæ & vasorum ejus, quam Gal. luculenter probavit suis in lib. de natur. facult. nec alia ulla melior ad hoc probandum & ostendendum datur via. Rursum volens suam roborare sententiam, in pejorè incidit lapsum, uno namq; dato inconveniente plura sequuntur. Arist. test. monio. Cogitur negare triplicem fibrarum facultatem ipsius vesicæ, quod quidem & rationi & auctoritati magnorum virorum antiquorum & neotericorum repugnat, uti videre est apud Gal. l. 5. de usu fac. fere per partium cap. 11. & 3. de natural. facultat. cap. 5. & 11. Nec non Vesal. torum. ejus præceptor ipsam non negavit asserens vesicam triplici fibrarum genere intertextam esse, addunt neoterici (ut vulgo credimus) quod nec unquam somniavit quidem Vesal. aut in sua priori ac vera editione liquer. Præterea innuere videtur, bilem nullibi trahi, ipsius forsan amarorem ac acrimoniam intuitus; Constat ergo, ex ejusdem sententia eam inutilem esse. Acqui necessariam & utilem animanti ipsam existere, & à

Et 1. de nat. fac. fere per partium cap. 11. & 3. de natural. facultat. cap. 5. & 11. Nec non Vesal. ejus præceptor ipsam non negavit asserens vesicam triplici fibrarum genere intertextam esse, addunt neoterici (ut vulgo credimus) quod nec unquam somniavit quidem Vesal. aut in sua priori ac vera editione liquer. Præterea innuere videtur, bilem nullibi trahi, ipsius forsan amarorem ac acrimoniam intuitus; Constat ergo, ex ejusdem sententia eam inutilem esse. Acqui necessariam & utilem animanti ipsam existere, & à

2. de nat.
fac. ultimo
& de nat.
hum. com.
i. t. 27.

folliculo innoxie trahi, tanquam illi dicatum cognatum ac familiarem succum, patet in Galeni doctrina sexcentis aliis in locis, præcipue tamen 5. de usu part. c. 10. cum inquit: siquidem cum tot annos quodamque animal superstes sit, in ea tamen cysti, quæ sedem ad jecur habet, videre est bilis flavæ contineri, alias plus, alias minus, quin & mortuis, ipsis ablatas ab hepate vesicas simul cum bile diutissime asseveremus, nil tractu temporis corpora ipsorum patiente: ita ut unicuique quod cognatum ac familiare est sine dolore omnino ac innoxium est, & 3. de naturalib. facult. cap. 9. inquit, tanquam enim stercoreus hominum est canibus suavissimum, ita jecinoris excrementorum aliud lienis, aliud bilis vesicæ, aliud renibus est jucundum.

De morbo regio.
lib. 1. de di.
ut. morb.
c. 15.
Lib. 5. de
locis affect.
c. 7. & 64.
4. aph. at
prim. de
san. cum
secun. c. 13
ubertim.
Cap. 6. l. 10.
c. 17.
Com. 62. 4.
aph. figur.
2. H. H. fig.
2. bb. fig. 2.
ec.
15. 3. tract. 1.
c. 3.
c. 4. im. m.

Antecit. c. 3

Omissis pluribus causis externis, internisque à Medicis narratis, ex quibus Regius morbus provenit (nam ex omnibus visceribus quodammodo Arquatam oriri posse testatum reliquit Areteus, qui totum hoc negotium perpulchre absolvit eos tamen quæ ad nostram tractationem spectant ex folliculo eiusque vasis ortum ducentes prosequemur. Et primo tenemus cum Gal. auriginem sæpe contingere obstructis, aut infirmis vasis, quæ ab ipso folliculo exorta ora sua in hepar extendunt, & bilosum humorem interdum attrahere non possunt, hisce verbis suam confirmavit sententiam antecit. l. 5. de part. usu, ubi per invisibilia vasa cystim impleri asseveravit eamque sectatus est Aetius, inquiens, propter obturationem aut debilitatem venarum quarum omnia ex ipsa ad hepar deferuntur. Affectiones malæ propter quos morbus Regius supervenire solet: sunt tres, scirrhus, inflammatio & obstructio; quæ si accidunt vasculis illis exilibus à folliculo ad jecur, H. vel minori à vesicula ad commune b. b. vel in eodem communi c. c. perdifficile sanari posse liquet, præsertim si scirrhus sit, & exiguum mentum obsederit, eò difficilius. Verum in omni oppilatione (ex Arab. punie. sentent.) in meatu Hepatis ad fel aut in meatu fellis ad intestina, quæ est ex incarnatione, aut poro non speratur sanitas. Et nota talis affectus ostendit cap. subseq. ubi inquit: significabit ipsam assiduam icteritiæ & assiduam signorum oppilationis, ac parvitas juramenti administrationis aperitivorum. Insanabile etiam esse, arquam morbi speciem tenemus; quam lapillus in folliculo, aut in vasis concretus peperit. Plerumque siquidem niger concrevit calculus, sed tamen levis & qui aquæ innatat. Origo illi Fernelio teste) è flava bile, quod proprio conceptaculo diutius coarctata, mitum in modum durefcit. Meminit Avic. de alia icteritiæ specie quæ fit cum Colica, & non est ejus causa colica, propterea quod humor vitiosus glutinat faciem meatus; quare cholera non effunditur ad intestina. Denique

nique concludit, quod propter privationem biliosi humoris multiplicatis humiditatibus in intestinis commovent colicam. Nos autem dicimus, fieri posse ut præcedat Iliacus dolor, & causa sit ictericiæ, veluti (si prius tamen turgat immodicè duodenum, ut in pugillatorio folle. Tunc Aetius ante
 enim tunica tunicæ adeo annectitur, ut bilis iter præcludatur: quod cit. loc.
 etiam in hydropse, tympanite contingere posset, ut sensibus ipsis percipitur. Addimus præterea, quod magis consonum erit, obstructionem ex fig. 2. cc.
 lento humore ad communem (à nobis appellatum ductum cc.) porius quam ad meatus faciem contingere facilius, siquidem bilis crassior vel adulterata obstruere potest vas, quam lentus humor ex intestini cavo; orificium quamvis intestina lubrico ac lento humore sint intus delibuta; tamen sic artificiose insertus est hic processus, ut depulsam è vesicula bilem deferat: nihil interim ab illis, neque cremoris, neque flatus, neque demum alterius humoris quippiam admittens, quod non solum tortuosi in intestinum ingressus, sed & duarum membranularum beneficio fit; quæ utrinque ad orificum latus laxè propendent, influentis bilis ponderi cedentes, & ne quid in meatum regurgitare possit iter præpedientes, quod scilicet collectæ ac primum os subeuntes id occludant, quod Vesal. & aliis doctissimis rectè visum est. Præterea cederet hic pituitosus humor suo alexipharmaco (ut ita dicam) bilis scilicet ipsa, quod regendi vim habet. Cum hoc vas obstruatum est, tunc albidæ cretaceæque dejectiones exeunt Gal. & Ruff. Eph. test. tenemus insuper, bilem expurgari ad intestina: etiam si ex folliculi obstructione proveniat icterus (quod contingere solet jecore tamen affato calidâ intemperie vel judicatorie) & fit per vas illud majus ab hepate AA. ad duodenum. Et hoc modo nara ab fig. 2. aa.
 excrementis alvi erit fallax, ac secus frequenter se res habet, ut dictum est. Rursus addimus, quod si bilis in jecore exundaret propter obstructionem exilium vasorum, ad vesiculæ corpus in missorum H. parit calidam hepatis ipsius intemperiem adeo ut hac ratione sæpius dicatur auriginem sequi calidam jecoris intemperiem. Non negamus propter calidam jecoris intemperiem fieri aquatum morbum, sed præcipuè hoc contingere in febribus biliosis tenemus. Quamobrem 5. aphor. ult.
 nostra hæc observatio veram patefacere videtur magni Senis aphoristici sententiam, hoc est ictericos non admodum esse ventosos. Nempe qui ictero ex inbecillitate præsertim vexantur morbo, pneumatodis sunt. Qui autem ex jam citata specie vel ex calida jecoris intemperie, nequaquam hæc sententia plures interpretes in varias opiniones distraxit. Concludimus ergo ex his, quod causa regii morbi, vel erit in exilibus vasis a fig. 2. HH.
 vesicula ad jecur H, vel in ipsa vesicula quando multam recipit bilem, ut nimis intenta, nequeat eam expellere, vel erit obstructio in vesiculæ cervice

fig. 2. b. b.
fig. 2. cc.

vice b. b. vel in eo, quod ab hepate procedit, a. a. vel in communi c. c. quod si obstructio fuerit in vasis ex incarnatione, poro, lapillo, aut exquistio scirrho, nullo pacto convescit. Datur etiam morbus Regius, in quo alvi excrementa flava bile videntur admodum colorata, sic & urina, quod provenire potest (omissa nunc jecoris causa) atque lienis crisis, & si vitio totius corporis fiat, (aut externo beneficio) vel obstructis tenuioribus vasis à folliculi corpore ad jecur H. vel ab eodem ad commune b. b. tunc enim expurgatum ab eo vase quod ab hepate ad duodenum, ut dictum est, procedit. Notas harum affectionum nunc sublimioribus ingenii benigno animo perpendendas relinquimus. Hæc obiter.

Vera ac nova vasorum & chistis fellis observatio, secundum sensum, & ad veram Galeni mentem eorundemq; administrandi Anatomen ratio. Aliusq; novus usus post alium traditur.
Typus & characterum index panditur.

CAPUT QUINTUM.

Situs.

a. si 1. b. c.
b. fig. 2. b. b.
c. c.

2. de forma.

c. fig. 2. m.

Cuncta quæ Anatomici & præsertim Vesalius de vesica fellea perfecte exacteque scripserunt, brevitati studens consulto omisit; verum quæ ipse observavi ab eis nullibi tractata omittaque, ea tamen adjeci: primò consideravi situm vesiculæ bilis in vivente pariter & demortuo corpore scil. quod fundus eius inferiora, cervix verò superiora respiciat. Ita ut rectum iter sit à vesicula ad duodenum ut apud Vesal. & Valverd. a delineatū apparet; nec ut par est, recta bilis fertur à vesicula ad duodenum; verum b. semicircularem ferè ac obliquam præ se fert figuram meatus à vesicula bilis ad duodenum, hoc cuius experiri licebit, si hepar ad suum naturalem situm subsidere permittit. Secundo formam vesiculæ malè depictam ac perplexè seu diminutè descriptam ab Anatomicis sensus ipse clarè demonstrat; siquidem ut incipiam à Magno Vesalio, qui rem hanc multò accuratius, & prolixius, quàm cæteri descripsit, tribuit ipsi vesiculæ formam oblongam, rotundamque sensim ad ipsius fundi usque apicem longioris cuiusdam pyri, modo delatescente: subdit deinde; quo enim cava jecoris sede, ubi portæ caudex educitur, ipsiusq; vesiculæ cervix consistit, hæc anirorsum magis fertur, & illa sensim magis ac magis senæ folliculi instar ampliat. Atque cavitatem existentem ibi incipit meatus in nostra figura c. depictus & m. notatus cuncti Anatomici omiserunt. Ita ut non pyri, sed cucumeris vel saltem pyri illius latum ac orbiculatum globosumq; conum habent.

habentis figuram repræsentet. Verum nec Vesalii, nec Valverdi, pictura
 calemptræ se fert imaginem: patet hoc tum si bilem versus orificium im-
 pellas; tum etiam si secundum longitudinem vesiculam aperias. Tertiò ^{3. de poris}
 miror equidem, cur ap. Vesal. & Valv. apparent meatus excipiendæ bi-
 lis parati, primo in duos ramos discissi, quorum sursum unus processus,
 deorsum alter porrigitur; rursus qui deorsum (quia de eo, qui sursum nō
 meminimus,) primò in quatuor propagines, deinde in quatuordecim
 furculos terminatur. Secus atque ipse benè scripserat ad veram Galeni
 mentem accedens, quod ii furculi in alios rursus tantisper digeruntur,
 donec innumeram ramorum constituent seriem. Atqui hi furculi ii sunt,
 quorum ope bilis in vesiculam defertur, hæc celeberrimus scripsit Vesa-
 lius satis luculenter, ut ad verum prope accesserit. At tum quia Galeni lo-
 cum non vidit, nec ramorum seriem in vesicæ corpus immittam, ob corū
 tenuitatem, omninò persecutus est; hac ratione forsan tenuissima vasa
 hæc omisit, nec depingi curavit, quemadmodum in nostra figura d. ap- ^{d. fig. 2.}
 parent HH, notati; ibique locavimus hos characteres, ut quivimus: sed HH.
 interdum tum mentem accommoda excusatione & laude dignū porius ^{Vesalii ex-}
 censerem mirum Vesalium; quandoquidem exigua & vix conspicua va- ^{culatio}
 sa reperit, quamvis ad vesiculam usque non persecutus ea fuerit, veluti
 & in octavo pari nervorum cerebri, & si ante citatum Galeni locum per-
 legisset, nostram sententiam forsan sectatus fuisset. Quartò lapsos fuisse
 omnes Anatomicos in poris describendis, est tam clarum, quam quod
 clarissimum: siquidem perpetuò à nobis & in humanis corporibus & in
 simiis observatum est, quod meatus, qui à jecore procedit ad duodenum,
 vel si mavis ad divaricationē est amplius ac latus. Ita ut facile quodq; spe-
 cillum admittat, qui vero à vesica ad divaricationem tendit, artissimum
 tenuissimumque, ita ut specillum tenuissimum non admittat, præcipuè
 tamen ubi membranulæ e. bilis regressum impediētes extant, quod si e. fi. 1. 2. b. b.
 cui experiri placuerit, Anatomen hanc, tali pacto aggrediunda erit. Pri- ^{admini-}
 mò vasa ambo (& quod à jecore, & vesica procedit) ut conspicua sint de- ^{strandiræ-}
 nudare (si prius bilis egressum per hepatis compressionem ante expertus ^{tio.}
 fueris) oportet, ad ipsorum exortum usque, & præcipuè illius quod à ve-
 sica. Deinde vesica secundum ejus longitudinem adaperienda immisso
 postea specillo à duodeni perforamine communem meatū id trajicimus,
 in exiguum meatum tendentem ad vesiculam & ubi ad primum impe-
 dimentum f. ventum fuerit, si violenter specillum impellas, præterito eo, f. fig. 2. b. b.
 aliud tibi occurrit majus, & adfrangentur seu perforandū difficilius. Ita
 ut hoc sæpius ullo pacto pervadere potuissem, & tenui quoq; specillo, &
 quavis obliqua figura munito: novum tandem magna vi foramen per-
 feci,

feci, tum vesiculam, tum etiam vasa disrumpendo, hoc a. feci, ut verum
 fatear, quo aliis ostenderem, ne cuncta quæ ab aliis scripta sunt, fuisse af-
 secutum. Hac igitur ratione optarem, ut à solerti & exercitato Anatomico
 res hæc perficeretur, qui omnia promptitudine ac dexteritate manus
 ageret; siquidem vasa hæc tenuissima sunt, & facillimè dilaniari ac dis-
 rumpi à vi durioris specilli possunt, omnia siquidem agit injustus impul-
 sus, Hipp. teste; Ita ut si pergas, secur etiam perforabis, nedum vesiculam.
 Ideoque vesiculam ad apertam prius injunximus, quo per ipsam *duro. f. i. u.*
 verum assequamur, nec scilicet nos ipsos seduceremus, ut mihi contigit, cum
 vidissem (vitamen) specillum in cavam vesiculæ ingressum, conjiciebam
 à tuo vero meatu pertransisse, atque discessa vesica novum sibi exca-
 vasse ac perfecisse iter, clarissime inspexi, exposuit hoc opus satis indu-
 strium ac doctum artificem, alter si inepruserit, temerè cuncta obrecta-
 bit, ac perpetrabit, & facillè hallucinabitur, videmus siquidè, quod hæc ad-
 ministratio insudavit eximium Vesalium, uti ipse more magni viri fate-
 tur, c. 8. l. 5. & c. 19. & alibi cum inquit, equidem ut semel dicam, quid
 mihi inter secandum contingere soleat, verè affirmare possum, quod
 in universo corpore neque molestior neque difficilior mihi que gravior
 sectio sit, quam dum inferior omenti membrana & cava jecoris regio,
 organaq; contermina nobis sunt aggredienda, maximè verò in homi-
 ne aut animali quopiam præpingui, adeò sanè, ut quemvis artificem, si-
 cet industrium facile hic hallucinari existimem, atq; hoc ideo dico, quod
 certi nihil, sed id duntaxat, quod mihi videtur asserere statuerim. Ha-
 ætenus Ves. Inspiciant nunc quæso Anatomici, quàm difficilis sit hæc ad-
 ministrandi ratio, ita ut non nisi longa observatione ad amissim adipisci
 possit, quemadmodum à nobis sæpissimè observatum est, cum adesset
 excellens, præstantissimus atque doctissimus Ioannes Antonius Pisanus,
 dignissimus Regius Archiater, cuius ope ne dum Anatomes ipsa verum
 & medicina omnis in hoc Parthenopæo Gymnasio sustentatur, ac præ-
 cellit, ut verè *iatropos* sit.

Totum hoc verum reperies in simiis ad unguem veluti in humanis
 corporibus nitigitur mirum sit, si Fallopium hallucinari hæc in re videamus,
 verum quicquid ipse de hæc re scripsit à Vesalio suo præceptore
 sumtum inventum & exordium claret. Etenim in fine præcitati capitis
 asserit Vesalius, quod non comperit homines, qui bilis vesiculæ carerent,
 veluti enarravit Arist. & post hunc cum aliis permultis Plinius; quamq;
 (subdit) facillè fieri posse arbitretur, ut ex jecore ad intestina meatus aliquis
 bilem deferat, ita ut in vesiculam quampiam prius non colligatur, & haud
 mediocriter inter dissecandum mirari solitus sum, quamobrem bilis re-

& o ductu ex jecore ad intestina non pellatur, ex his liquet, quomodo no-
 vum, ut ipse refert Fallopius reperit usum, veluti alibi fecit, de ossibus
 coxendicis, Ilii, pubis, & de octavo pari nervorum, aliisque in rebus, quæ
 Vesalius ante eum novit, scripsit, vel saltem tetigit. Concludimus ergo,
 providè à naturâ factum esse vas amplum (uti probavimus ab hepate)
 quo biliosa adulterata mixta & crassa expurgarentur: Præterea crasse
 Fallopium ex Vesalii picturâ censemus, quæ si falsa non fuisset, aliquem
 excusationis locum ibi relinqueretur. Etenim liquet apud omnes cum
 medicos, tum etiam Philosophos, quod pars, quæ humorem recipere apta
 nata est, ea facillime recipiet, quæ meatus seu pori amplitudinem sortita
 fuerit. Præsertim si humorem hunc à facultate naturali non traxerit (ut
 malè sentit Fallop. de vesicula bilis) quæ si meatum latum ad duodenum,
 ut à Vesalio pictum apparet, obtinisset, utique regressus egressusque
 daretur: verum ipsa Autopsia contrarium nobis indicat, meatû videli-
 cet à vesiculâ ad divaricationem angustissimum, & qui ab hepate am-
 plissimum; Constat ergo ex his, quod magis concors est, & conveniat
 cum naturâ rei, ut bilis ipsa ad jecur regurgitaret, ob meatus amplitudi-
 nem, quam vesicula non admitteret, ob pori angustiam: frustramur
 igitur à Fallopii usu asserentis ne bilis regurgitaret ad hepar, si vera sunt,
 quæ ipse tradidit, scil. cum tum & Chilo duodenum intestinum, quod
 secus esse cum Gal. tenemus, 3. de facult. nat. 13. scil. quod tempore di-
 stributionis non adeò turgat duodenum, eo quod Chylus tenuia intesti-
 na cuncta, ne dum duodenum à piloro egressus replet, nec adeò perpetuò
 tument, ut tunica tunicam arctaret, siquidem cum adeò distenduntur,
 & ad tantam excreverunt molem, ut hæc actio perfici possit, valdè do-
 lent, idque quotidie contingeret. Rationi namque consonum erit ad ta-
 lem fori obstructionem requiri maximam ac immodicam intestini duo-
 deni distensionem veluti in pugillatorio felle comprobatur; tenemus
 igitur cum magno Vesalio, ideò ibi duas membranulas inesse, ne vas
 à Chylo occluderetur. Addimus præterea, quod bilis adulterata admix-
 taque perpetuò expurgatur, quæ aliquatenus pituitam detergeret, &
 naturam aliquantisper proritabit. Interdum vesicula sincera bili
 replebitur, quæ rursus stimolata eandem bilem ad intestina sinceram
 deponit; hoc autem si quis peregrina mente contemplabitur, summum
 reperiet usum, siquidem quo suas natura functiones tempore obire possit,
 ut scilicet cibum cremorem confectum non ocissimè (ut nonnulli opi-
 nantur) per gracilia intestina deduceretur, tunc pauca & permixta bili
 abutitur natura; tandem intestina irritans & mordens ad feces excer-
 uendas invitat ac stimulat bilis ipsa sincera. Hæc insuper pituitam quæ

Nota, ubi
 mutatur
 sit Fallop.
 vide Vesal.
 l. 1. c. 4. &
 l. 4. c. 6.

vide Concl.
 diff. 19. &
 Fern. l. 6. de
 fruct. & hu-
 mor. c. 9.

Alius usus.

in gracilibus illis ductibus ex intestinorum munere coacervatur plurima, incidit, detergit, atque expurgat, denique & ipsa quoque una cum excrementis nullam (cum lege naturæ omnia in homine dispensantur) noxam, sed uti liquet, summum usum præstans è corpore tandem propellitur. Veram indicat ostentatque nostram sententiam positus crassorum intestinorum, ubi feces locantur; rationi siquidem consonum erat, refrangi, obtundi ac remitti vim synceræ bilis in longo itinere, dum tot gracilium intestinorum ductus pervadit, spatium ferè 20 pedum, præcipuè tamen ex admixtione pituitæ, quæ plurima ibidem coacervatur, idque Galeni auct. in morbis liquet, siquidem sumta indicatione à positu, ut ipse retulit, & secundo art. cur. ad Glauco. & 4. meth. ultimo & alibi sæpissime, tantum videlicet adventitii roboris adungere oportet præsidium quantum in transitu amittitur, ut quod relinquitur æquale remaneat ei, quod tactu juvent. Ita ut medicamentum, siue sit ex his, quæ commenduntur aut bibuntur, non præsens est ejus vis consideranda sed qualem obtinebit, quando ad membrum affectum pervenerit, scimus, affectus crassorum intestinorum hac ratione per infectiones, quæ per sedem fiunt: curari; actio siquidem sit per contactum, si incidit, expurgat, detergitque bilis pituitam, medicamenti vicem gerit ac verè ea pro medicamento abutitur ipsa natura, quod si verum extat, verus erit & usus à nobis excogitatus: Rursus nemo est, qui ambigat, quod major actio requiritur ad proritandam naturam pro expellendis durioribus eminus excrementis, quam pro deducendo quo minus, confecto cremore: Hac ratione majori & validiori egebat instrumento ipsa natura veluti syncera bilis est, minori vero & imbecilliori ad cremorem, ideo permixta adulterataque, paucæ, & sæpè obtusa aliquatenus fortasse ejus acrimonia ob admixtum, quem habet pituitosum humorem: Attamen loquimur nunc de iis, qui in opt. sanitate degunt, quoniam in ægotantium corporibus plura dici & addi possunt, quam provinciam doctiores subeant. Præterea nec expedierat eadè biliosa crassa ocluso meatu statim ad vesicam remeare; hac ratione impervium horum regressum, pervium vero ad tenuium egressum fabrefecit; difficilius conjectandum est, crassum ac lentum humorem à vesica tanquam à stagno expurgari, contra facilius à medio ductu tanquam à canali, etenim si aliquod crassum hæreat, rapitur à vituujoris humidiorisque substantiæ, fluentis in ipso canali: quod secus esset in ipsa vesica. Vasorum nexio ac ductus perplexitas seu obliqua infectio à nobis ante alios observata quibusvis etiam experiri est, & ita nostram simul ac Galeni sententiam veriore prædicabunt. Plura serio æticemus, forsàn alias tradenda, tum de regio morbo, tum etiam de bili

Vide lib. 5.
de usu part.
6. 4.

ad duodenum. Meatum à vesicula ad ventriculum adhuc non reperi,
& cur in eo non expurgatur bilis ad detergendam plurimam pituitam,
ostendit Gal. Verum bifidum commune (à nobis) sæpè inveni in ecphy-
sio intestini implantatum; quod erga hoc sentio, (pulchrum enim adhuc
latet à nobis observatum) fusius alias narrabo, ubi de caruncularū etiam
in vesicæ ductu obortarum agemus.

Verſa tabula duas reperies tabellas, quarum prior vesiculæ bilis
præferens figuram ad amiffim, ut à Vesalio & Valverda depingitur, at
quia pluribus verissimo sensui repugnat, quod multis & præcipuè Fallo-
pio errandi ansam præbuit; hac ratione posteriorem à nobis delinea-
tam, uti sensus indicat, & ut res se habet, invenies, idque characterum
tum ex Vesalii, tum ex iis, quæ ex nostrâ sententia adjecimus, index de-
clarat, & clarè demonstrat, quod partim addendo, partim iterum in-
novando prosequuti fuimus.

Duæ figuræ in hac pagina depictæ, altera delineationem ipsius
bilis vesiculæ de mente Vesal. & Valverd. pandit. Altera vero ejusdem
vesiculæ bilis exhibet veram effigiem ex nostra sententia situm ac figu-
ram secundum veritatem sensus patefacit.

Differt autem hæc nostra delineatio à Vesalio figura primo à situ,
siquidem perpetuo observatum est fundum Vesiculæ inferiora respicere,
cervicem vero superiora, ita ut figuram ac ductum obliquum præ se ferat
meatus à vesica ad duodenum, non rectum, ut falsò ap. Vesal. & Valv.
depictura extat. Secundo, quod floccipendendum non est, sed potius ma-
gna indiget speculatione, pictum apparet ap. Vesalium meatus à jecore
ad duodenum, arctum ac parvum ubi autem notatum est; à vesica verò
ad duodenum, ubi b. designatur, delineatio præ se fert ampliorem mea-
tum, quod falsissimum esse sensus ipse perpetuo nobis luce clarius osten-
dit, siquidem cuivis etiam rudi & tyrunculo in re anatomica, videre est
meatum à vesica ad duodenum vel si mavis ad divaricationem arctissi-
mum, & qui ab hepate procedit ad eundem locum latissimum; ita ut his
specillum facile admittat, ille vero vix atque ne vix quidem, nisi vivas ab
imprudenti anatomico distrumpatur ac perforetur: & præcipuè ubi in
nostra figura b. b. designatur. Quo in loco impedimentum sæpè bifi-
dum, raro unicum, sed perpetuo sic à nobis primò observatum est, ita ut
præexiguas & tenues membranulas in esse arbitratus sim, & hoc falsum
Fallopium dogma necessario reddit, eo quod bilis nunquam poterit regur-
gitare, obstructo meatu duodeni ad vesicam, sed potius remearet ad
hepar.

V. Bilis vesiculam utraque figurâ designat.

H 3

X.X.

XX. Meatus bilis vesiculæ per jecoris corpus exporrecti inter portas
venæ & cavæ item venæ ramos.

Y. Venæ portæ propago in jecoris substantiam diffusa.

Z. Venæ cavæ propago in jecoris substantiam digesta. Volui enim
hic exprimere vasorum in jecoris substantiam situm, qui scil. portæ venæ
rami propaginibus cavæ subjiçiat, & quonam pacto in horum medio
bilis vesiculæ meatus excurrant.

a. Concurfus meatum bilis vesiculæ, qui in jecoris corpus digerun-
tur duplici autem in nostra designatus.

b.b. Vesiculæ bilis cervix, cui meatus ex jecore ductus & autē notatus
inseritur, communis que per Vesaliū efficitur: Verum apud nos com-
munis meatus erit autem divaricatione vasorum ad duodenum c.c. no-
tatus, quod magis convenit cum naturā rei b.b. vero notat etiam impe-
dimentum à nobis observatum, & cervicem.

c.c. Bilis vesiculæ meatus in duodenum intestinum insertus.

S. Duodenum indicat intestinum quod humiliori sede apertum sumi-
mus ne meatus ipsius c. notati insertio lateret.

e. Arteriz in jecoris cavum & bilis vesiculam digestæ.

f. Nervulus jecoris & bilis vesiculæ communis & à sexti partis nervo-
rum cerebri propagine depromptus.

g. Tenuis portæ venæ propagines in bilis vesiculam excurrentes.

HH. Vasa tenuissima & vix conspicua in corpus vesicæ deferentia bi-
lem, ex Gal. sententia, s. de usu part. c. 6. & lib. 2. de nat. fac. c. 2.

m. Sinus juxta orificium vesicæ, bilis à nemine hucusque observatus
præostensusque.

*Probaturs ante citatus usus ex actionibus sensu, ratione, &
Auctoritate, verum primo cuncta fere dubitanda, & quæ objici possent
in medium afferuntur solvunturque & enodantur locaque Galeni conciliantur ac re-
solvuntur versus, vesicula bilis usum detegit ut pluraq. ad hanc rem
spectantia adduntur.*

CAP. VI.

NE quis junior ex his, quæ diximus dubitandi occasionem su-
mat, cuncta quæ objici possent, brevi sermone complectar.
Et primo dubitabit aliquis utrum egerendi actio sive mu-
nus à naturali tantum facultate proveniat, vel ab animali.
Secundarum bilis quotidie expurgatur à vesicula, vel diu ea retineatur.
Tertio an bilis sit, quæ pituitam ipsam detergit, & naturam prorit ad
expel-



expellere
mies m
bius à
tatur, q
mnes i
alvus de
in vertic
statum h
monoru
tim volu
tis defun
in temp
tempel
Excitant
egeren
rum in
hontare
naturale
hitevent
sancti v
ad sedet
partes re
pleat. I
etatio f
dubita
usu po
ea chist
tis nati
in à com
videtur
didit.
non d
asserit.
sui vel p
dicimur
rum ge
siderati
stendit
magna

expellendas feces, hæc enim expurgatur a facultate naturali, ut apud omnes medicos & philosophos liquet. Rursus eadem nunquam movebitur a voluntate, cum non sit agens a proposito, seu ab electione, dubitatur, quomodo tam hi, qui lenem habent alvum, quam qui duram, omnes tamen præfinitum tempus egerendi obtinent, siquidem nonnullis alvus deicitur celerius, aliis tardius, noctu quibusdā & aliis interdiu, alio tertiā quoque die, & sunt quibus non nisi sexta vel octava, veruntamen statim hi habent tempus egerendi. Quoad primum renem excrementorum exitum partim naturalem a vi expultrice intestinorum, & partim voluntarium existere, a ceteris instrumentis excernendis excrementis destinatis quæ genere duplici sunt, Gal. teste. Alia enim effluvium in tempestivum ipsorum cohibent, alia vero tempestivum incitant, in tempestivè quidem effluere masculi sedem constituentes non sinunt. Excitant autem in tempore muscoli omnes epigastrii, constat ergo ex his egerendi actionem, & a naturali facultate a vi inquam expultrice ipsorum intestinorum proritata ab ipsa bile provenire, nec non & ab ipsa voluntate, ut probatum est: Attamen voluntatis imperio videntur parere naturales facultates Gal. teste 3. de simt. caus. cap. 2. cum inquit; ita solet evenire nonnullis, quibus non licet ventris onera deponere, quia versantur vel in foro, vel in alio loco vel negotio, ut humor quispiam acer ad sedem usque descendat, ibique violenter retentus, rursus ad supernas partes referatur, atque tum ut ventriculum rodet, & caput vaporibus impleat. Hæc ideo adjecimus, ne quis putet ex his, quæ diximus, quod excretio fiat proritata ipsa natura ab ipsa bilitantur modo. In quo secundo dubitavimus, videtur quædam temperantia in Gal. dictis, siquidem 5. de usu post. c. 10. videtur asserere diu innoxie sine dolore asservari bilem in ea chisti, quæ ad jecur sedem habet, reddens rationē, quod his instrumentis natura sensum acutiorē non adhibuit, utque nihil unquam negotii a comprehensis in sese excrementis erant habitura, idque confirmat videtur l. 3. de natur. facult. c. 12. ubi eam nervorum expertem esse tradidit. Atqui oppositum scriptum reliquit leod. 3. de nat. facult. c. 5. nec non & 5. de us. part. c. 8. 9. & 11. & demum 3. de facult. natur. c. 12. ubi asserit, quod vesicæ tunc deponunt id, quod attraxerunt, tū tensio, morfus vel pondus eas ad expulsionem proritat. Pro conciliandis v. Gal. locis dicimus, quod cum Gal. l. 5. de us. part. c. 9. tractasset de triplici nervorum genere, ac tertium nervorum genus visceribus insitum intimè considerasset (ita ut velit nolit iustam naturam cum Hipp. pronuntiasset) ostendit in sequenti capite uniuscujusque instrumenti sensum ac dicens magnum cum sit hepar, minimum habet nervum; tradit denique natu-

Voluntatis imperio interdum naturalis facultas subijci v. 13. de us. part. c. 5. in fine & 5. cap. 5 l.

Gal. cōtra dict.

Solut. con-
tradiction.

Thomæ Li-
naci Leo-
niceni &
Silvii error
Gal. locus
restituitur.
1. prognost.
ult. & 3. de
ratione vic.
ac 60. & 4.
ejusd. 50. &
95 & co.
ult. & 3. de
art.
3. de nat.
fac. c. 5. & 17.

ram tribuisse partibus substantiam corporis affinem, qualitati ipsius hu-
moris, ita ut substantia corporis ipsius vesicæ sit affinis qualitati ipsius bi-
lis, quemadmodum & quæ otium recipit utinarum. Atta-
men si bilis cum lotio in majori vesica profluant, statim excernatur o-
portet, aliter noxam inferet, quia ejus corpus (ut diximus) urinarum dun-
taxat & non bilis qualitati est affinis; hac ratione subdit Gal. in fine cap.
quæ cum ante natura prospiceret, ut sensu prædita esset majore plures &
eos quidem majores nervos ipsi tribuit. Ergo utraque habet nervos, sed
minimos vesica, quæ continet bilem, majores vero quæ continet loti-
um. Quod autem dicat, innoxie trahat & sine dolore, id quod cogna-
tum & familiare est suum excrementum ipsam bilem liquido constat, us-
que ad quandam terminum, donec scilicet tensione, vel pondere vesica
ipsa comprimatur, aut diutius in viventi animali detentum acrior evadat,
veluti aliqua, quæ retineatur, ut chylus, lotium, foetus, & his similia,
quod in mortuis asservari diutius poterit, propter aliam rationem.
Vbi vero nervorum expertem eam esse tradit Gal. dicimus falsam fuisse
traductionem Leonicieni & aliorum, siquidem vera Galeni lectio ita se
habet, ὡς ἡλὸς ὅτι νεύρον ἡκίστα μετέχει, verum dictio ἡκίστα hoc in loco si-
gnificat minimum, ac si diceret, quo manifestum est, quod minimum
habet nervorum seu minimos habet nervos, veluti etiam alibi sæpissime
& non significat ἀμῶς, hoc est minimè sive nullo modo, ut male tra-
ductores verterunt. Quod vero quotidie bilis ipsa expurgatur, claris-
sima est Galeni sententia, inquiens, siquidem quod bilem ad se trahat, ea
quæ jecinori subest vesica, supra est monstratum, quod autem & in ven-
trem quotidie ejiciat, id quidem evidenter cernitur. Et alibi, si enim de-
monstratum est, convenientem eam succum trahere, ita ut sæpe cerna-
tur plena, alibi plenissima, 3. de nat. fac. c. 5. quod notandum erit, proba-
tur enim vis retentrix, eundemque hunc succum non multo interposito
spatio excernere, ergo non diu retinet bilem. Interdum proferre non de-
sinam aliud, quod sentio ex Galeni sententia decerptum, cui ratio
adstipulatur, scilicet quod bilis vesicula toties bilem ad se trahit,
quoties chyli sit sanguificatio, quod quotidie bis ferè contingit, to-
tidem in naturali die implebitur & vacuabitur, urinos censemus: Et si
sciam multis paradoxum hoc videri. Quæso tamen eos, ut attentius
has Galeni sententias perlegant, ex quibus veritas hæc elucescit, qui sic
testatum reliquit, 5. de usu part. c. 6. Nam paucissimum qui-
dem est melancholicum excrementum, copiosius autem biliosum, por-
rò utroque aquosum multò cumulatus, & ne quis topicè ar-
guendo objiciat, parvum ejus esse receptaculum, subdit, cæterum quæ
hepatis subjacet, vesicam, & si tenuitate ac copiâ medium succum tra-
hanturam

auram, attamen parvam fecit quod positionem aliis omnibus hepar purgantibus instrumentis commodiorem numerumque orificiorum trahentium haberent majorem. Rursus in subsequenti capite 5. Verum cum copiosius multò serosum excrementum, quando biliosum esset, majus esse ipsius receptaculum, par fuit. Si igitur copia medium trahit succum vesicula, trahit equidem cum sit ipsa sanguificatio, quod si bis in die contingat, ut dictum est, totidem erit expurgatio sanguinis, vesicæque impletio & evacuatio. Ideoque excrementa colorata videntur, sin minus, alba appaterent, nec mirum sit, si tantam bilis copiam ad generari in corporib. humanis quotidie prolati fuerimus. Copia quidem medius est hic succus, ut post aquosum sit, quamvis ille multo cumulatius: præter portionem selectam magis quam cum sanguine fertur. Non negaverim tamen, excerni posse aliquam bilem absque quod omnimode vesica impleta esset: ob acrimoniam vel alia de causa, alias adducenda inquires, bis ergo singulis diebus cunctis natura proritabitur ad pellenda ventris excrementa, verum hoc esse fateamur in illis corporibus quorum sensum acutiorem intestina obtinuerint, validaque fuerit expultrix vis. Contra, quorum intestina pituitæ maximâ copiâ scatent, hebetemque sensum habuerint, & robur expultrix debilis fuerit, in his pituitam bilis detergit, eibique recrementum è supernis intestinis vellicans ac mordens ad inferna propellit, & lucrum animantibus accedit, cum alium (ibi detecta in cavo intestinorum) eximium usum præstabit. Vendicans ac in eolumen à coli dolore hominem reddens uti etiam Arabum principi placuit. Cistis præterea & vasorum ejus usum inveniemus, si prius absolutissimam tum vesiculæ, tum intestinorum adipem habebimus, referente Galeno fieri non posset, ut quis particulæ cujusvis usum inveniat, nisi prius perspectissimam habeat totius instrumenti actionem. Præterea sciendum erit in omnibus instrumentis tum opera naturalia, tum etiam affectiones morbi que singuli ad portionem fieri videtur, quædam adeo evidenter & clare, ut nullam demonstrationem eorum ullum desideret, quædam magis obscure, sed ita tamen, ut eos, qui attenti sunt, latere non possint, ventris morsus manifestus est, nec non & naturalia opera ipsius uteri & ejus vesicæ, quæ lotium recipit, siquidem Gal. teste excrementa singula, si moram in corpore diutius trahant, putrescunt, alia spatio breviori alia longiori. Itaque acria & mordacia atque iis, qui ea continent, infesta redduntur, at non in ea vesica, quæ jecinori subest, similiter se habet, ut quæ nervorum minimum habet.

Secundò notandum est, quod Galeni verba referuntur ad ea quæ superius dixerat, scil. quod opera naturalia, affectusque evidenter fiunt in ventre, utero, & vesicâ, quæ lotium recipit. At non in ea vesica, quæ jeci-

Vfus inve-
niendi ra-
tio.

l. 5. de usu
part. c. 3.
l. 5. de usu
part. c. 3.

3. de nat.
fac. c. 12.

Gal. vera in-
terpretatio

hec iniori subest, scil. similiter se habet, sed magis obscurè, ita tamen, ut eos, qui attenti sunt, latere non possit, quod & sequentia verba etiam clarè demonstrant & præsertim, ubi asserit in fine capitis in ventriculo, utero, intestinis & vesicâ quæ lotium recipit, luculenter apparere, vel tæsis, vel morbus, vel pondus, quod instrumenta ad expulsionem protrahat, non magno negotio id in bilis vesicâ intelligas.

2. de nat.
fac. c. ult.

fecundus diff.

Tempus
generatio-
nis 4. hu-
morum &
eorundem
separatio-
nis.

vide lib. 6.
de frat. hu-
m. c. 3. & 4

Quæ non
porum, sed
vesicula fa-
cta fuit.
Vesiculæ
bilis verus
usus.

Postquam hæc absolvimus, restat, ut videamus quo temporis spatio recipit bilem vesicula, eandemque excernit. Claret autem hoc, si cōsideremus ipsius sanguinis generationem, sumpto exemplo de vini confectione. Etenim quod tenue est, in eo ad spumam accedens bili assimilatur ex Galeno. Requiritur ergo tempus ad hanc obeundam actionem, ut scil. primò fiat ipse sanguis, & ea est naturæ intentio major, cum sit aliis priori natura; expurgatur deinde hepar à quatuor instrumentis, bilis vesicula, duobus renibus, & liene. Quantum verò spatium tale simul tempore contineat, inquit Conciliator, & non sine forti ratione definire nō possū, cū termini naturales non percipientur præcisi, neq; etiam tempus præscriptum reperitur, quo chylus in hepar ductus in humores convertatur, sicuti 13. cap. de velocitate & tarditate descensus cibi de stomacho tempus notatur, quo ventris perficitur digestio, sub quadā indeterminatione tamē ceu 12. horis usq; ad 22. differ. 120. Sed cum hepar materiam suscipiat ad informationem quam venter habiliorem fortasse, calor, hepatis magis conversivus breviori tempore in chylum suū imprimet effectum in humorem ipsum reducens puta omnibus purificatis in communi temporis spatio, quod septem sit horarum æquinocetialium, & in una dicatur horarum media vel tertia, quod quatuor generentur humores, in quatuor instantibus eiusdem. Dicimus ergo nos, quod nō omnes humores unico instanti generentur quocunque temperato corpore, sed in instanti per se quilibet quod sapere videtur. 2. naturalium ult. tim. & 4. de usu part. id quod nec Fernellius negasset. Patet ergo quotidie vesiculam bile impleri, & quotidie evacuari, & naturam proritare ad expellendas feces, invitat si quidem ipsam naturam, ac propellit excrementa ab imo intestino in aliud, donec ad rectum sit deventum: & tunc ipsa excrementis admista excernitur, sed non cogit: addit ergo robur intestinis tenuioribus, quod bilis non adeo acris circumfluit mordens ipsa & ad execrationem excitans. Recipitur interdum sincera actiorque ipsa bilis in cistim, velut in cystemulam quandā, plurimā collecta copiā, quo in finem ventrem Crassorum scil. intestinorum proritaret ad feces excernendas, si namque porum tantummodo fecisset ipsa natura. utiq; pauca ab eo bilis expurgaretur, quæ superata à pituitæ copia nulla actio ab eo perveniret, nec medicamenti vicem, uti Galeno placuit, gereret, fuit ergo

ergo cōstructa chistis, ut Athroos sive confertim ea bilis quāritas ad intestina demandaretur, quæ possit una pituitam abstergere, naturamque pro-
 ritare tamen non adeo exhaustus remanet folliculus, ut morbum pariat, scil. dissens. chole. Et si non duodenum solum sed reliqua intestina omnia lento quodam & lubrico humore interna sede imbuantur, atque ut Razes dicebat, fistilium vasorum more invitreant, instaurenturve Nonnulli hanc nostrā sententiā (rudi tamē Minervā) sectati sunt, sic referente Vesalio. Alius sub jecoris cavo colon deduci contendit, ut & ex bilis vesicula in illud resudans bilis incitando excrementorum egerendi vim feliciorē reddat. Concludimus ergo, solventes tertiā dubit. Tertiā dejectionem, quod quamvis non agat à proposito, determinatē tamen ferē bitat. sole. agit, multitudine vel morfu molestata, quod tempore fit, veluti uterurio.
 fœtum in nono mense, & menstruæ purgationes, quæ statuto etiā tempore, aliaque plura fiunt à naturali facultate, haut secus conjectandum erit de vesicula, verum causæ tarditatis vel celeritatis dejectionum plures sunt à Galeno eumeratæ, præter quam diximus ex bile lib. de sympt. Causæ celeritatis & causis 3. c. 2. At excretio solitum tempus prævenit vel quia ventriculus leritatis & ob nullum cibum assumptum gravatur, vel pingitur vellicaturque à re tarditatis mordente, quam ut alienam ac extraneam expellere nititur, quod trifidat. alvi, ex Gal. & Arab. riam, fit, aut quia postea utpote imbecilliorē vicit, aut quia assumptum alimentum immodicum est, aut ob utramque causam. Præterea alimenta Principes humidiora & si post assumptionem eorum leviter ambulaveris, ut concutatur quidem tardiusque pro consuetudine excernit venter, aut ob intestinorum vel imbecillitatem, vel obtusum sensum, aut ob alimentorum tum parvitatem, tum qualitatem. Concludimus denique quod excrementorum alia manē, alia vesperē, alia sexta die dejiciuntur, quod fit vel ex consuetudine, quæ velut ex altera natura est, vel motione corporis, vel vehementibus animi motibus, vel caloris concentrationem, vel aliqua alia de causa. Et in quibus tardissimē forsitan obtusum sensum eorum intestina sortita sunt, plura ab Avic. prim. Cant. Cant. 1. 329. & 16. tract. 4. c. ult. adduntur. At Aristotelis sententia 4. de generat. animal. c. 1. & 1. de hist. animal. c. penul. & 2. c. 15. & 4. de part. c. 2. 53. quod reperiantur animalia & homines. qui vesicula bilis carerent, nusquam ab Anatomicis observatum est in humanis corporibus; quod si bilis sincera suum non haberet receptaculum, ita ut dum chylus tenuioribus in intestinis descenderit, in sua chisti detineatur quam infelicissimū animal homo esset: tum quia chylus priusquam à venis fiat suctus, attractio ocis-
 mē descenderet, & animal nullum vel exiguum nutrimentum ex eo suscipere, tum quia assiduis dejectionibus augetur. Iustissima ergo natura

Adversus
 Plin. & Aristotelem.

Et quem-
 admodum
 lotium non
 per met-ita-
 tura

bilis nec
per por. ve-
luti à Gal.
comparat.
s. de usu
part. 13.

s. de uf.
part. c. 10.
& aph. 24.

tura quemadmodum lotii, ita etiam & ipsius bilis fecit receptaculum, & non poram seu vas, quò philosophiæ homo vacare & incumbere possit. Quare meatus bilis duodeno & non colo vel alio intestino implantatus fuerit, ostendit Gal. l. 5. de usu part. c. 4. cur excrementum biliosum in venas & arterias ex intestinis non distribuatur eod. cap. demonstrat, & de nat. facult. Qua ratione bilis intestina repens cum ea adeò acriori sensu prædita sint, ut protinus quod molestant respuant, statim non fiat & bilis & excrementorumeductio: claret ap. Gal. quo in loco senis Aphoristicam sententiam interpretatus est dysenteria, scilicet ab atra bile. Dixi sententiam meam, quem iis ruminandam relinquo, qui viperæ ore non sunt; siquidem nihil tam dulce tam suave, tam bonum, tamque proficuum reperitur, quod venenatis labiis non amarescat. Hæc sunt Ingrassia Præceptor dilectissime, quæ veritatis tuendæ gratiâ mihi occurrunt, & si ego (ita sunt varia hominum ingenia ac iudicia) à Fallopii Viri extra omnem aleam clarissimi placitis in multis discesserim, quod eum semper magnifacio, nihil unquam nec publicè nec privatim quidem nisi coactus vel scribere vel docere volui, quod ipsius dogmatibus esset adversum: coëgit autem & invitum ad hoc me traxit ipsa veritas, qua nihil antiquius; non Galeni authoritas, Amicus namque Plato, amicus Socra. plerumque amici rogantes, quibus nec quicquā negare possū, quod poposcerant, nec aliud vel scribere vel proferre, quam quod sentirem. Feci autem quantum potui, cum modestia: sæpè etiam nomini parcens, vel honesta cum præfatione ejus mentionē faciens; placuit mihi in hac nostra (ut ego quidem exopto) honesta lite potissimum te arbitrum eligere, ut cuius probitatem religionem ac doctrinam diu exploratam habeam, si quid tamen ostenderis, quod aculeum quemdam habere videatur, per gratissimum mihi feceris, si illud è medio tolles, penitusque confoderis. Vale & Iasolinum tui studiosissimum
authoritate tua, quæ maxima est,
fove.

F I N I S

MARCI AURELII
SEVERINI
QUÆSTIONES ANATOMICÆ
QUATUOR

PRIMA,

DE AQVA PERI-
CARDIA.

SECUNDA,

DE CORDIS ADIPE.

TERTIA,

DE PORIS CHOLI-
DOCHIS.

QUARTA,

OSTEOLOGIA PRO
GALENO ADVERSUS

ARGUTATORES

EPIDOCHÆ IN TOTIDEM
ALIAS JULII JASOLINI

—❧ (o) ❧—

FRANCOFURTI,

Apud HERMANNUM à SANDE.

M.DC. LXIIX.

De Viris Clarissimis

JULIO JASOLINO

&

MARCO AURELIO
SEVERINO,

Idem argumenti professis
RHEINHOLDI DEHNII PRUSSI
Hexastichon.

Quos eadem geminos virtus Heroas in uno est
Visa repositos consociare iugo,
Debuerat natura uno conjungere partu:
Tam benè conjunxit gloria & artis honos.
Fecisset; ni privatim tam grande fuisset
Divinum ingenium competiisse viris.



IN JULII JASOLINI

Quæstionem Anatomicam de Aqua in Pericardio, volentis eam consilari partim ex sero quatuor vasorum cordis partim ex potulentis per asperam arteriam lentè delapsis,
 Marci Aurelij Severini Tharsiensis
 ἐπιδοχὴ prima, §. I.

NE mihi quidem invisa fuerit Adrastæa, nec succensuerint Præceptoris Jasolini manes, nec taxarit me censor ex obliquo quispiam, quod aliâ, quàm is, incessem viâ super eâ disceptatione, quâ quaeritur, an potulenta omnia solemnî naturæ decreto delabantur in pulmonem; an ad stomachum facessant. Nullam, inquam, à Magistro discrepans mihi, vel illi faciam injuriam, quin verò nec Hippocrati, nec Platoni, primis huius opinionis assertoribus, quando pro veritate comperienda, aut comprobanda nulla major, quàm Philosophandi libertas. Jasolinum verò quod attinet, est huius mihi dignitas à meâ non longè loco, quin meâ mihi animadversio concepta atque instituta est eo consilio, & cautione potissimum, ut quam ego in antiquum Doctorem quandoque reverenter ac modestè non attigissem, liberior alius censor inclementius aliquando fortassis apparuisset: deinde Viri cuiuspiam exerceri pacatæ commentationes, emolumento potiùs decòris, quàm detrimento iudicio capiendas. Malis enim agri tui cultû & exarationem, an neglectum atque contemptum? at existimationis est plerumque bonæ lucrique provideri, quæ scripserit antè quispiam potiùs, quàm ignosci. Sic quod ad me spectat, quod adversus mea quis bonus amicè & placidè pro veritate construxerit censurâ, feram κατ' ἐμενέζου æquius prætacito scriptionis neglectu atque despectu, præsertim quando

Insinuat
§. I.

Hippoc. &
Plat. sententiz.

Non eadem sentire bonos de rebus honestis
 Incolumi licuit semper amicitia.

Ex fide bona ex æquo & bono statuere.

Verum quid multis? ostendam non gravem habendam à quoquam adversus

versus se ipsum philosophandi libertatem. Enimvero vel arbiter Julius & ipse pro me vadatur, qui sub insinuatione prima ad quæstionem de poris cholidochis adversus Gabrielem Fallopium & huius observatores: Inter Medicos, ait, sæpe variæ sententiæ, & contentiones oriuntur, quæ si ad indagandam veritatem habentur, & ut posteris prosint, debent ipsis contendentibus, nedum amicis placere; ita enim veritas ipsa clariùs elucescit. Verùm quod eram factururus, id jam præstabo.

Aggress. ad
confutatio-
nem. §. II.

Adversus
Platonem,
Erasistrati
firmamen-
ta Macro-
bis reci-
antur.

Eminentia virtutis, atque auctoritatis Majestas impulsu quodam incredibile, velut fluctus in alto ratem, transversos homines agit. Suppositum Homeri Hippocratisque nomine reveritus Plato prior, posterior verò Plutarchus id sentisse creduntur, quos sequutus est Jasolinus primus, at non Erasistratus, qui medicorum, ut Macrobius ait, veterum nobilissimus investus est in Platonem, dicens, illum retulisse longè diversa, quàm ratio deprehendit. Dicas enim esse fistulas instar canalium, easque ab oris faucibus proficisci deorsum, & per earum alteram induci, delabique in stomachum esculenta omnia, & potulenta, ex eoque ferri in ventriculum, quod Græcè appellatur *ἡ κατακοιλία*, atque illic subigi digeriq; ac deinde aridiora ex his recrementa in alvum convenire, quod Græcè *κώλας* dicitur: humidum autem per renes in vesicam trahi, & per alteram de duabus superioribus fistulam, quæ Græcè appellatur *τραχίαι* & *αἰγρηγία* spiritum à summo ore in pulmonem, atque inde rursus in os, & in nares commeare, perque eandem fieri meatum, ac ne potus cibuse aridior, quod oporteret in stomachum ire, procideret ex ore, labereturq; in eam fistulam, per quas spiritus reciprocatur, ex eaque offensione intercluderetur animæ via, impositam esse arte quadam, & ope naturæ, quasi claustrum mutuū utriusque fistulæ, quæ sibi sunt coherentes; eamque inter edendum bibendumque operire, ac protegere, ne quid ex esca potuvè incidere in illud, quasi æstuantis animæ iter, ac propterea nihil humoris influere in pulmonem ore ipso arteriæ communito.

Erasistra-
teæ proba-
tionis con-
firmatio
secundum
Macrobiū,
§. III.

Hæc Erasistratus. Cui succinens seu Plutarchus prior, seu vir hunc imitatus Macrobius, inquit, ut ex imo verà ratio consentit; cum enim cibibus non squalidus siccitate, sed humoris temperie mollis ventri inferendus sit, necesse est eadem via ambobus patere, ut cibis potu contemperatus, per stomachum in ventrem condatur, nec aliter natura componeret, nisi quod salutare esset animali. Deinde cum pulmo & solidus & levigatus sit, si quid spissum in ipsum descenderit, quemadmodum penetrare aut transmitti potest ad locum digestionis: cum constet si quando casu aliquid paulò densius in pulmonem violentiâ spiritus trahente deciderit, mox nasci tussim nimis asperam, & alias quassationes, usque ad ve-

xatio-

zationem salutis? Si autem naturalis via potum in pulmonem traheret, cum corpulenta bibuntur, vel cum hauritur potus admistus granis, seu ex reliqua densiore, quid iis sumptio pulmo pateretur? Unde à natura provisà est, quæ cum cibo sumitur, operimentum sit arteriæ, ne quid per ipsam in pulmonem spiritu passim trahente labatur, sicut cum sermo emittendus est, inclinatur ad aperiendam stomachi viam, ut voci patere permittat. Est & hoc de experientia notum, quod qui sensum trahunt potum, ventres habent humidiores, humore qui paulatim sumptus est, diutius permanente, si quis verò avidius hauserit, humor eodem impetu quo trahitur præterit in vesicam, & siciori cibo provenit tarda digestio. Hæc autem differentia non nasceretur, si à principio cibi & potus divisi essent meatus. Quod autem Alcæus poeta, quin & Cratosthenes in epigrammate, Eupolis in Colacibus, & Euripides alicubi, Scaliger in primo de animantibus ait, & vulgò canitur, ideo dictum est, quia pulmo revera gaudet humore.

Potus quo-
modo tar-
dioris &
celeris
digestionis
cibi causa
sit.

Ita quidem uterque neganti problematis parti faverunt: contra quos, tum apud eundem Macrobius Eustachius pugnarit, Platonem tutatus. Reliquum est, ut hujus rationes diluamus, quin explodamus, & illudamus, si quidem naturalis ostendendi problematis conatus cum omnis in anatome nitatur, anatome quidem in Platonica demonstratione tanta est, quanta nusquam apparet: itaque inutilis, & deridicula non Vesalio solum atque Fallopio, sed & mediocri cuique fabricæ contemplatori videbuntur. Sed singulas nos argutationis partes dispiciamus. Primum enim epiglottida communis fecit usus stomachi & gargareonis viis, quasi sit inventum naturæ ad regendos detegendosque certa alternatione vias cibatus & potus, dum ille stomacho transmittitur, hic verò pulmoni suscipitur.

Nostra
contra Pla-
tonem di-
scussio,
§. 4.
Responsa &
occursatio-
nes ad ar-
gumenta-
tiones Pla-
tonis.

Deinde dicit pulmonem tot meatibus destinatum, & interpatentem nimis, non ut spiritus egressionem habeat, cui exhalatio occulta sufficeret, sed ut per eos meatus si quid in pulmonem deciderit, succus ejus mox migret in sedem digestionis. Cæterum ubi dicunt succum pulmoni rejectaneum refundi in sedem digestionis, homines quæso, qua via? Vides per hæc ademptum pulmoni respirationis officium, tantum ut serveatur ad rejectandas superfluitates in officinam primam culinæ naturalis. Ita à confirmatione pulmonis rimosa perpetam concepta ratio fallens adstruitur recipiendæ cibalis portionis, & abjiciendæ, quo quid inauditi in legitima pulmonis analysi? præterquam quod audi formam argumentationis.

Arteria discissa potus qui non deglutitur, rejectatur nil offenso ventriculo,

triculo, quod signum est non curantis privationem stomachi luentis per vim abnegatam potionem, quasi non possit aliquando stomachus catere potulenta portione, quasi rejectatio potulenti non possit esse cum discissione etiam oesophagi per quam scilicet solam rejectet.

Quibus æger est pulmo, accenduntur in maximam sitim, quod non eveniret, nisi esset pulmo receptraculum potus. Hoc quoque intueri, quod animalia quibus pulmo non est, potum nesciunt. Natura enim nihil superfluum vult, sed membra singula ad aliquod vivendi ministerium fecit, quod cum deest, usus ejus desideratur. Hic respondeo, contrariam opinionem nostram nil contaminant aut labefaciunt. Enim verò scite licet pulmones iis præcise tributos animantibus, quorum cor impense calet, usque adeò ut pro modo caloris agitentur ipsi. Statuit autem Aristoteles 3. de part. animal. c. 7. calorem animantium definiri, atque adeò, quæ frigidiores sunt animantes pulmonibus sunt cassi, quocassu non conficitur, ut propterea quod pulmonibus careant, & non possint, inde sint pulmones subjecta sedesve sitis & potus. Verum rectè conficitur, ut quia minus calidæ sunt illæ, sic & pulmonem non agnoscant nec sitim. Non igitur, quia non potant, deficit pulmo, verum quia cordis æstus non est, non præbitus pulmo est ad ventilandum, & calidum nativum satissimè repurgandum. Deinde nec quoniam exæstuat pulmo, propterea suscitatur sitis, sed suscitatur hæc, quia per calidam contagio gulam, & os stomachi sic exarescit ad sitim. Porro stomachi os à natura constitutum est, ut appetat frigidum & humidum necessitate siccioris alimenti madidandi, vel irrigandi, ut fiat elixatus, qui elixatus cum necessarius omninò sit, necessariam item requirit humidioris substantiæ præsentiam. Unde liquido potest apparere, quod stomacho congruat potulenta portio, quam pulmonem demandavit, nescio plus ex Hippocrate an ex Poetis Plato; quamquam ex Arist. lib. de part. animal. eò visus est accessisse, ut diceret pulmones præcipuam causam fortassis effectricem sitis. Verum efficit sitim pulmo meâ sententiâ, cum arefactus & percalfactus proximum os ventriculi trahit in consensum, quod os quidem communi omnium medicorum consensione, prima & præcipua sedes est appetitus, ac proinde famis, ac sitis, ut demonstravit latinus Tancredus Camerotanus Præceptor in Physicis meus in opere de fame, ac siti. Illa autem adeò in assensus multorum hominum processit opinio de pulmone, ut sedem hanc aquæ dixerit author Anatom. Vivorum c. 2. medio.

Locus Aristotelis de pulmone expenditur

Hippocrates unde hanc habuit sententiam.

Postremò Plutarchus adstruit per adversarium dogma, futurum ut vesicæ supervacua corpori sit affabricatio, quippe quod communicatis

in

in ventre potulentis & esculentis unus esset exitus per intestina. At vero seorsim vesica suas demittunt singula superfluitates: humidum hæc, aridum illa. Quum igitur ad vesicam liquidum attinet, nequit utique proficisci de ventriculo, cujus est expromere sicca: verum benè responder pulmonis ideæ, cujus est udas reddere reliquias: igitur &c. Accedit autem, quod nulla ciborum qualitas seu visibilis, seu olfactilis excreta in urina recipitur, aut sentitur, nimirum quod ventre, sicut nos ex aduerso volumus, minimè fuerit commista.

Adstruunt mox & aliquid de Vesicæ epigenomenis. Enimverò calculi qui sæpè numero in vesica concreverunt, ingenerarentur oportet & in stomacho; siquidem hic effluvia potuum experiretur. Atqui hoc non fit, igitur non fit aliud, quod humidi totius per ventrem sit via. Quæ quidem omnia argumenta tametsi dedignentur ut ludibria dissolvere professores Anatomici, nihilominus clementior eadem discutere non gravabor. Vana quidem est hypothesis de vano per nos usu vesicæ, quando per intestina suus esset exitus humori, sicut & gallinis, quibus renes non sunt. Animantibus enim perfectionibus suis sunt renes ἀνὰ τὴν πέτρην, quod est desluere, nominatis, per hos enim duplos fluit urina, quæ per urinarios τὸς ἐκτὸς ὀφθαλμοῦ Græcè dictos meatus delabatur in vesicam. Non concedit autem per intestina, nisi solidum excrementum. Liquidum enim ab exordio nutrimenti recepti de ventriculo per hepar, vadit perpetuò cum sanguine venæ maximæ descendens & deferentiæ per aquæ ductus renales, ex quibus & à renibus fit lotii decursus ad extremum suum condum, quæ vesica est. Quemadmodum pluvia, quæ de compluribus aquagiis ad glaream delapsa depluit in suam ultimam cisternam. Itaque quid gartiat de supervacanea vesica, de conductioribus potioribus intestinis? de ventriculo pocula tenuentia? de admittente analogo pulmone? de nullis respondentibus, aut colore, aut odore qualitatibus ad ventris elaborationes? sanguinis inquam adorationes & immutationes non primæ sunt chylicæ officinæ, sed sanguificæ posterioris.

Quod ad calculos spectat; plurimæ vesicæ & ventriculi percoctoris est imparitas. Omitto passivum usum vesicæ, ventris activum, focum & calorem ineffabilem hujus, frigus impensum illius, simplicitatem hujus extremam, miscellam illius, nec situm utriusque discutio. Devenio Materiam tantum ad materiam calculorum, qui tartarus est multiplex quocumque calculorum edisseruit Aureolus Theophrastus in eo libro. Porro terrestris hæc quæcunque portio perpetuò residua est, non aspiam metecora, vel alipecta: quas ob res quid opus est attestari generationem calculorum in vesica

Jasolini
circa hæc
lapis no-
tatur.

fica solennem? in ventre vero superiori nunquam apparati consuetam? quamquam & in meteori generatione fallitur aperte noster adversarius, quando vel decem numero sunt historiae per Ioannem Schenkium ex totidem egregiis autoribus collectæ, ac testatæ lapides in ventriculo genitos ovi gallinacei magnitudine intolerabilibus, assiduisque tormentis disferuciantes. Ad quam omnem nostram ostensionem, siquidem illud obtendat, quod persæpè visum est, ingurgitatam portionem citissime reddidisse; quo temporis compendio stultum esset circuitum illum longinquitatis tantæ causari, verum par esse ut pulmonis viam sequamur. Ad hæc ego obstiterim ad hunc modum: à ventriculi latere sinistro ad lienem distentum esse vas breve, de summo propè lienem ramo surculum, qui in bisulos aquæ lienes humorem in ventriculo collectum facili negotio potest amandare, undè per arteriam coeliarum ad renalem sinistram, & indè ad ureterem, & hinc ad vesicam lotia permeant expedire. Sic deducendi compendium fit natura depulsus istos curante, ac liene per æstum attrahente per iter aliquiquanto brevius, tantò etiam amplius, & accommodatius. Ita redimitur in prolixiore circuitu longinquitatis, cito vero levatur ab ejusmodi sarcina venter. Quum autem transitus hic præproperus aquarum scatentium medicatarum vulgo referri consuevit ad tenuitatem levitatemque potabilis aquæ largissimis haustibus voratri: ego nihilominus haud dubito necessitatem cogentem fieri multa, quæ persuaderi mentibus ineruditis facile non possunt. His sic abolitis Platoni suffragantibus rationibus, cæteras quæ per nos adversantur adducere non dubitabimus.

Confutatio
nostra

§. V. I.

in materia,

Si per arteriam tracheiam descenderet potus tralata brevi in pulmones materiâ, pulmo gravaretur. Hic autem ad levitatem solum utilis in levitatem adjuvari, & conferri, non autem deprimi debet; quare nullus naturæ finis, nullumque consilium fuisse potuit, ut hos aquæ delapsus permitteret, bonè quidem in stomachum dirigi voluit, qui benè capax ad potulenta etiam alimenta recipit aridiora, ad quæ aliqui elixanda & elixata deducenda requiritur το ὄσχημα τροφῆς. Quam videntes adversarii difficultatem sese tutati sunt ex distinctione, quod aliqua è tracheæ foribus portio translabatur ad mediocriter mollienda, inque succum alimenta convertenda. Verum exilia hæc instillatio sic parum patet, ut multò major in absolutione requiratur, quemadmodum olla sit aquæ plena necesse est, ut lentes incoquantur.

II.

A fine.

Si vero finis hic asseratur, prohibito voluntatis, aut vi necessitatis intermittendus in vita facile, jam non finis legitimus & probatus, verum fortuitus casualis foret.

Medica

Medicamenta fluida parata ad lentoris intestinorum, ad Scirrhus III.
affectiones, ad exigendas hydropas tum quidem jecinoris tum pulmo- A formis
nis & cæterorum; ad diffringendos calculos acerrima, atq; adeo plerum- medelaru.
que mineralia auctiora, & empyretica & exæretica etiam; ad efficacita-
tem in summo vitii renixu, materia refragatu, & loci longinquitate, ne-
cessaria planè sunt hæc in pulmonem & ad cordis vestibulum delapsa,
quantum quæso te, si veritatem amas, officerent vitalibus hisce visceri-
bus? & quam hoc facile citoque perderent virose succi, & pappædis ve-
nenosa qualitate suffusa medelæ? Certè vel hæc admota labiis conti-
nenter occiderent. Huc autem quid non produxerim ea quæ scripsit
Hippocrates l. 4. de morb. t. 33. p. 394. col. 2. M. Si vero aliquid ex his
medicamentis in pulmonem perveniret, videtur mihi magnum aliquod
malum industurum esse: pituita enim de capite descendens eum valdè
brevi tempore exulcerat. Tenera enim & rara res est pulmo, & si exulce-
ratus fuerit, non benè habebit homo ille, ob dictas à me causas. At vero
venter à medicamento non exulceratur.

Huc autem audi producta per Riolanum in advers. ad Anatomen
Bartholini pag. 425. quo sunt; Si verum est potius aliquam portiuncu-
lam decurrere in pulmones, & prolabi posse guttam aliquam ad pericar-
dium probabile sit, ab experimento facto à Jafolino, qui in dissecto ca-
davere cum invenisset pericardium adeo humore distentum, ut eo presso
aliquid per os efflueret: Quæro, an tutum in suspitione, vel certa con-
jectura pericardii multo sero distento, & præfocantis tentare blandum
emeticum, nam violentum eor suffocaret, ut thorax agitatus cum pul-
monibus, per eos vel resorbeatur serum, vel excuciat in pulmones, ut
pereas vias, quas subiit, remigret. Scio Hippocratem in asthmate, & aliis
affectionibus pulmonum vomitum consuluisse. Hæc abigens Riola-
nus, eo inclinasse videtur, ut affirmaret potius quam negaret, quod si est,
à recto longè aberravit: quando quidem guttula medicamenti vomitorii,
non vehementis neque violenti, quale cavit ipse, tantæ meherculè facul-
tatis non esset, ut aquam ambitu cordis profundo vallatam attrahere, ad
se rapere, atque attollere valeret. Medicum quippe viribus & magnitu-
dine destitutum emeticon aqua confusum qui non torpesceret? præ-
terquam quod catartica non educunt nisi nobis adversaria. Deque
pulmonibus sædam & putrem eructare colluviem aliud est, quam am-
plexam & amplexabilem humorem invictò de viscere præripere: Ut &
ad illud Hippoc. responsum sit.

Quid autem si vomica in palato vel oris parte quacunque saniosa
putrisque refundat sese in eam cavitatem? Nonne effluxu perpetuo
corum.

IV.

A vomica
delapsu in
asperam ar-
teriam.

corrumperet pulmones, & vitam pessumdaret naturæ? verum id revera non comperimus. In statu vero sanitatis & saliva quoque profueret, qua incommodare posset suo nitro: non & incommodare refluxus vomitorum è stomacho præsertim æruginosæ bilis, & similium humorum? quod utique non est visum. Ad summam itus reditusque malignarum superfluitatum, quæ affluunt in dies ore.

V.
A crebro
tussendi &
vellicandi
motu.

VI.
Ab acidorū
assumptis.

Ad instan-
tiam.

VII.
A naturæ
irritolabo-
re.

VIII.
A providē-
tia naturæ.
Historia
epiglottidis
excelsæ.

Georg.
Beaird. Sco-
tus.

IX.
Ab officio
pulmonis
præparandi
aerem fri-
gidiorē.

Præterquam quod excitarent continuo tussim exasperata trachæa, & vellicatis teneritatibus pulmonum. Acetum quoque & aridæ, quæ æruginosæ sunt & pulmonibus infensa, quantum hos infestarent, quam vehementem promptamque tussim excitarent? Quin & arteriæ, si foret his sollemnis ductus ad pulmones, huc facillè delaberentur, & frugiferæ in promptu perciperentur, ita ut continuo quiescere deberet tussis. At vero non tanta hæc utilitas persciscitur; verum neque etiam usu longo confedit aut levatur asperitas arteriæ propter naturam. Jam vero cum instant contendentes, fieri delapsum illum ex tempore; rursus ego renitor affirmans per qualitatem non per corpus ipsum descendere vim lenitricem. Quod si facilem eductum adstruas materiæ purulentæ, ut per hunc pariter confirmare velis alterum accessum substantiæ potulentæ; dicam interesse disparitatem non obscuram, quando per impulsum infernè corporis adscendentis cedit non ingratis epiglottis; ad descensum vero magis coaptatur, quàm adaptari membranulam par est: Quam vano rogo te consilio quam irrita opera natura contempsisset operculo laryngem?

Adde, quod si natura providit, ut frigidus aer non infestaret pulmones prohibente epiglottide; quid huius usu nullum fecisset ad aquæ subitum incursum. Aristoteles porro sublata epiglottide, & acre continuo sublapso certus fuit fieri phthisin; facit autem huc historia, & observatio in Turonensi viro, cui per Syphilidem exesa epiglottide dum descenderet cibus aut potus vitæ descriminosos, per plures annos fuit. Cum autem liquida perpetuò fuerint ipsa voranda, execto post obitum cadavere modica & sollemnis inventa in pericardio fuit aqua pulmonibus admodum flaccidis laxisque descedato insuper colore, quam certa fide rem Georgius Beaird. Scotus medicus & Philosophus accuratus referebat.

Præparatur aer à pulmone frigidus, ut ne sit ameticos visceribus vitalibus, aqua vero quo cruda pasto nec quaquam modificata sine detrimento viscerum ad ipsa descendat? Adde verò quod gravius & importunius est aquæ crassioris & obnitentioris, quam aeris mutabilioris, & lenioris offensamentum: aqua enim cruda si cibis commixta laxare, de-

primere,

primere, labefactare consuevit tritunicum stomachum; quid non & levissimos pulmunculos? Momentum: adde, quod & aquam cognatam piscibus pulmonum expertibus repellendam studuit natura bronchiis huic usui confectis Aristotele autore lib. de respir: quantum igitur maiore studio, & cautione repellenda sit ab animantibus, quibus cognata non est eadem? Quis finis, aut providentis naturæ, consilium dicas omnino necessarium, ut potatæ aquæ transcursus ad pulmones foret? Aquilis enim, quæ calidiores natura sunt, quid aquæ refrigeria vesana denegasset?

XI. A natu-
ræ consilio
& exemplo
manifesto.

Denique nulla via patet ex bronchiis ad pericardium, & ubi quæpiam esset, recurrendum foret ad venam arteriosam, & inde ad arteriā venosam, & hinc demum ad corporis levum specu: quam quidem ab arteria trachæia vel à pulmone ad pericardij receptacula viam debet unusquisque qui receptorem potus pulmonem facit occultè monstrare, præsertim ea necessitate, quod nullus à pulmonibus ad cor ductus ostendit experimentis, quæ comprobanda nobis reliquit ostensis jam locis pluribus uno Galeno.

XII. A ne-
gata via.

Sed & Aristoteles l. 3. de part. animal. c. 3. sic ineptiam confutavit: Antegulam arteria posita est. Quamquam impedimento sit, cum cibus ingeritur; nam si quid vel cibi vel potus in arteriam delabitur, strangulationes, tormina, & tusses gravissimè incitantur; quamobrem non audiendi sunt, qui in hac potum meare dicunt.

Hæ paucae nostræ sunt de pluribus rationes adversatrices Platoni. Cæterum ubi M. Hippocratem obtundunt, qui primæ opinionis eiusdè creditus est autor; his ergo pronuntiatis sic occurro; Novum, hanc unā non esse in Hippocratis promulgatione tritam. Vetustissimum, omnium hic autor nec esse fuit, ut præterquā irrespicias eacographias experiri & adulterinas adscriptiones, de qua prolixior est sermo tum Galeni prioris in has interpretationes, tum Hier. Mercurialis, censuræ Hippocratis, quos viros ego nunc sequutus, ajo non hæsitabundus, librum de corde non genuinum, tum propter complures alogias (harum una, quod pulmo frigidus aëris refrigeretur inspiratione) tum quòd l. 4. de morbis n. 31. Cæterum, inquit, hominibus quibus potus in pulmonem ferri videtur, adversabor, habetque se res hoc modo; procedit potus in ventrem, à ventre autem in reliquum corpus expenditur.

Liber Hip-
pocratis de
corde non
genuinus
censetur.

Est igitur suspectus hic de corde liber, tum hoc tergiversatorum optimorum nomine, tum & propter dictas alogias, An verò si Hippocratis sententia nobis intelligenda secundum Antonium Sanctacrucium in l. Hippocraticæ Philosophiæ p. 107. quod per rimulam aqua tanquam

per parietem, quemadmodum linctus medentium præcepto faucibus diu detinetur, ut lentè cadant ad leniendum in arteriam, & sint arteriaca. Quod si tinctum ex aquæ coleracæ potu suis in sebum guttur Hippocratis experimentum attexas dixerim & eandem tincturam longo potus instillatu pariter factam.

Aristotelis
verba ex
penduntur.

Hippocrat.
argumenta
confide-
rantur.

Oportet autem his quæ dicturus sum mentè adhibere sermonis argumenta, quod potus non procedit in pulmonem: sed dicant. Accidunt n. apertè quæ modo dixi omnibus quoties aliquid cibi delapsū est: profectò opinionem eorum qui potum hac admitti existimant irridendā esse plura ostendunt; meatus enim nullus de pulmone ad ventrè pertinet, sicut ex ore gulano tendere cernimus, quin etiā per vomitū & nausē, undenā humor remeet, incertū nō est. Adhæc humorē non cōtinuò colligi in vesicā, sed prius in ventrè certū est; excrementa alvi tingi videntur, sæce viniatri, vulnere etiam ventris sæpe hoc idem patefactum est; sed etiam stultas opinioniones admodum scrutari stultum fortasse est, Aristotele sic monente, lib. de part. 3. Gal. 1. artic. 9. & Arnob. contr. gent. 2. Arteria verò, quod exterior, ut diximus, posita, à cibo infestatur modò natura ad hoc molita est minorē linguā viviparā obrinet, sed ea tantum, quibus pulmo ac cutis pili intacta non cortex non penna operimento excorticatis pennatisque guttur vice linguæ operientis ipsum contrahitur, & diducitur, quemadmodum illis operitur aliundè & aperitur, videlicet cibo ingerendo, ne quid illabatur, quod si quid erroris in eo motu committitur vel deerrante cibo in alienum tramitem, vel respiratione præveniente tusses strangulationesque excitantur, ut dictum est, tam verò solerti ingenio motus & linguæ linguæ habitus à natura est, ut omnib; neq; in ore cum molitur eadat sub dentes, neque cum per fauces meat in arteriam labatur. Hæc Aristoteles. Qua prior Hippoc. & sua proposuit text. 33. l. 4. de morbis pag. 394. argumenta, quæ convenient aliqua parte cum prænarratis aut dissentiant, tædio non sit huc ea produci, quæ sunt. Cæterum hominibus quibus potus in pulmonem ferri videtur adversabor, habetque res sese hocce modo: procedit potus in ventrem, à ventre autem in corpus expanditur. Oportet autem his quæ dicturus sum mentem adhibere. Sermonis argumenta, quod potus non procedit in pulmonem, sed in ventrem, hæc sunt: Si enim potus non procederet in pulmonem, quàm pulmo expletus esset, homo non facilè respiraret, neque loqui valeret, non esset, pulmone pleno existente, quod resonaret. Et hoc quidem unum argumentum est. Deinde si potus in pulmonem procederet, cibi nobis existentes non similiter concoquerentur. Atq; hæc duo argumenta existunt. Hactenus refragati principes viri: ex junioribus

bus verò fuit & Felix Platerus summo vir ingenio, qui centuriâ posthumâ primâ de perperam excogitatis agens ait, quæ sensuum neglectio fecit; ut & in aliis viri gravissimi non leves errores commiserint, ut qui portiones in pulmones de ferri crediderint. De pericardii usu Gal. 6. de usu part. 16. dicitur & alveus cordis & domicilium Hofm. 3. Theor. 19.

§. VI. An extet animantibus viventibus sanguineis aqua pericardia, & an aqua sub tunica pericardiâ ex instituto sit natura.

EXpedit nobis hanc disquisitionem præmitti semel, propterea, quod plerique pericardio viventium aquam, nec serosum humorem congeri genitum ubilibet inficiati sunt, è quorum numero Matthæus Cürrius, ac Thomas à Veiga leguntur, in mortuis tamen non diflessi nunc quidem largiorem, nunc parciorem. Iulius quidem Jafolinus noster hac quæstione professus est oblatum aliquando sibi pericardium humore distentum, ut manu compressum ore se facile reddiderit: fœminis verò perpetuoq; viris uberiorem prodidit Vesalius, senibus quàm juvenibus pleniorē Riolanus, qui canum & ovium pericardio fassus est nonnullam aquam reperisse; fassus & in Animadv. in Laurent. pag. 240. modicam homini sano, cui non potest cor innatare, sicut fœtus in aquis uteri, nec propter illam aquam cor lævius esse. Sic & mihi Zootomas crebras facitanti, nec non laniis queisq; sciscitatus sum, non multa vivis in quadrupedibus comperta est aqua. Quibus experimentis & Hippocratis testimonio, qui lib. de corde liquido pericardij concremento concessit, cum Fallopio, Columbo, Piccolhomino, Laurentio, Bauhino, Jossio, & Hofmanno, non possum ab ejusdem hyparxi deflectere.

§. VII. An aqua sub tunica pericardia ex instituto sit natura?

§. VII. De causa finali.

Quo consilio, quove usu sub utriculo pericardio sit aqua, non in omnes Professores planè conveniunt, quin varia dissitaque scribentium congestere clarissimi Bartholini, Anat. l. 2. p. 196. quæ sunt.

Varia de aqua pericardiasententiarum recensentur.

Prima opinio est eorum, qui ex vasis cordis immitti volunt, si quidem palpitatione ex copioso humore phlebotomia curat: voluitque observorem cordis exprimi humorem aqueum, ut in ligno urente. (Huic affinis est N. Nassæ opinio, quæ ex calamento sanguinis venientis ab hepate ad auriculam cordis esse statuit.)

I.

b. 3.

II. Alii

- II. II. Alii (inter quos & videtur esse Hippocrates) volunt ex potu esse, cuius pars aliqua roris modo penetret ex aspera arteria in venosam.
- III. III. A materia aquosa seminali in prima generatione: sicut à flatuosa aer in auribus esse putatur.
- IV. IV. Huic affinis est Jafolini opinio, qui vult esse portionem perfectissimam, selectam, omnibus numeris absolutam, humoris serosi ab ipsa natura transmissam, primigenio forsan ortu.
- V. V. Ab excrementis aquosis tertie coctionis.
- VI. VI. Ex saliva delabante ex glandulis linguae in tracheam, unde verò in arterias & cor.
- VII. VII. Ex cordis adipe, agitatione in aquam converso.
- VIII. VIII. Ex aëris inspirati crassiore portione in aquam versa.
- IX. IX. Et ultima, quæ nobis verisimilis est: ex vaporibus & exhalationibus humidis, ab humoris cordis foras à motu & calore protusis, & ad pericardii densitatem pulsus.

Ufus aquæ
pericardii
ex Bartho-
linis reci-
tatur.

Aliæ re-
sententur
opiniones.

Ufus I. est: Cor humectare & refrigerare, motumque faciliorem reddere. (Unde quibus absumptus est, cor torretur: quod Casimiro Marchioni Brandeburgico evenit. Hic Hofmannus contrarius stimulum caloris esse contendit; sicut fasciculus stramineus, quo diuturnior sit à fabris aqua mergi solet: & ligna quo felicius ardeant humore tinguntur.) II. Ad adipis concretionem facere. III. Ut cor innatando minus grave fiat; & in nullam partem impingat. Hæc ille. Nostorum verò academicorum aliqui crediderunt, eam evenire materię necessitate: at neque hercules injuriā; verum analogiā freti combustibilium iudicium hoc invenerunt ad eum modum: enimvero subditis igni viridibus lignis, ubi materiam cruditiorem aggressus fuerit calor, partim crassioris fumi glomos elici discreveris, partim aqueū humorem effundi. Mechanico quidem igni responderet item animalis & noster, qui delatum in cordis lares humorē percoquens, aliās quidem aqueā portionem, alias fumidam & pinguem educit: aquea verò quod satius loco colligatur, quam reumisso cordis amiculo. Sic igitur ambienti cordis utriculo servata est pallens hæc aqua: cæterum verò vaporabilis altera pars ἀναθυμίασις accedens in adipem conflatur ab opifice, quem dicam mox in epidocha futura de adipe.

De usu a-
quæ peri-
cardii ex
nostra sen-
tentia.

Nunc de usu humoris pericardii dicamus: Hofmannus quidem 3. Theor. 19. ferè sic ait: Consensus est omnium, ut cor à liquore illo perpetuum habeat refrigerium, ne contabescat. Hanc rationem ego nunquam intelligere potui. Cum enim calor hic cordi sit secundum naturam, quomodo naturam ejus destruere potest. An verò adversus causas non naturales & ἐπίτακτον θερμότητα; sed non suadetur id mihi.

Sunt

Sunt, qui datam hanc aquam velint, ut facilius sit motus: sed hos videbit facile Galenus l. 15. usus part. cap. 5. Cæterum, ita cenſeo, aquam hanc eſſe ſtimulum caloris: ut enim fabri ferrarii non foliis tantum, ſed aſpera aqua, ut auſto per antiperiſtaſin calore felicius ſit fuliginum deſcriptio: ita hic quoque eundem uſum agnoſce in belluis. Cum enim homo ſit temperatus, non indiget etiam tot ſubſidiis, quot illæ, & c. quæ Hoſm. longo diſcurſu: A quo viro non diſcrepavit. Hermannus verò Conringius auctor tempeſtatis noſtræ nobiliſſimus lib. de igne animali, cap. 12. exiſtimavit calido cordis nativo cohibendo atque adaugendo comparatam. An, addo equidem, quod aſtuoso frigore obſiſtit, quemadmodum aquam circa vitrum deſtillatorium impoſita proventum ſpiritus vitæ facit. Alii noſtrorum amicorum & collegarum ſuſcepti triplicitate ſunt ſeri graviffimis rationibus, dicentes, I. genus diſtributum per venæ cavæ ramos emulgentes. II. per venas cordis coronarias. III. per ſubclavias. Diſtinctum, inque per venæ coronariæ ramos, qui, ut portionem ſanguinis pinguem expreſſerint in adipea illa corona, ita circum cor impinguendam ſed ſerofam. *Ἀντιπέφοντες* enim ſunt utraque ſpecies, atque ex uno genere deductæ; quemadmodum ſerum & butyriſſos ex uno eodemque ſunt lactis concremento. Cæterum ſeu collectio, ſeu tranſmiſſio, ſive ichore natura procuratrix abuſa eſt, inquiunt hi quidem ætus cordis contemperandi ſtudio, hi verò pericardii involucri ad commodum cordis reciprocatum oſtendendi gratia. An igitur ex partitione jam dicta coctionis, an ſeri triplicis eſt hæc ſecretio, id eſt, ut una eſt inferioris cavæ ſobolis & naturalis lotii deſmiſſio, ita ſuperioris & vitalis eſt hæc gradatio? Hæc utraque ſuaſio prima ſit cuius rei credendæ.

*§. VIII. Curioſius, adhuc de materia ſcatebris & viis
aquæ huc perductæ pericardie.*

HAtenus exacta eſt pars una quaſtionis: altera nunc ſupereſt indagatio, quæ ſit ea materia, unde ſuppetat latex, & per quas eo vias inſinuetur aqua. Thomas quidem Campanella præceptor meus lib. medicinæ. 4. art. 1. pag. 11. Pericardii roris vocati ortus cauſam retulit in vaporem communem aquæ meteoræ materiam his verbis: Vapor autem ex corde exhalans à pericardio cohibitus in aquam vertitur circa cor retentam ne ſua perenni motione cor areſcat & cinereſcat. Ego igitur reſolutoriâ progreſſus viâ non dubitabo, novam noſtram opinionem adſtruere: mens eſt venari, unde & qualis ſit hæc aqua. Conſtat huius fontem perpetuum eſſe lienem, tum Hippocratis verbo lib. 4.

Materia aquæ pericardie ex qua examinatur proxima.

de morbis textu 12. tum etiam ratione, quod inter omnia viscera sit artē-
 riarum sobole refertissimus. Atqui artēriæ dilutū serum continent,
 lib. de facultate respir. sub calcem. Gal. 1. sanit. tuend. idem per sudores se
 levante com. 7. aph. 21. 2. 67. P. nimirum, quod sanguis earum paucus,
 tenuis & vaporosus est 4. usus part. 140. c. & inde in renes artēriæ sunt
 omnium maximæ, quæ ab artēria magna deducuntur. 2. natur. fac. c. 4.
 B. p. 298. & 5. de usu part. cap. 5. 144. A. Quinimodō per solas artērias trans-
 ferri omne omnino serum in renes, perque venas nihil affluere monstra-
 vit absolutissimus scriptor Herm. Conringius lib. de gener. & motu sang.
 c. 25. & Gal. artēriam magnam per vesicam expurgari prodidit 11. Meth.
 Med. c. 19. Causa ejus naturæ consilii per nos in Phoca illustrato disserta
 fuit & accommodata spirituum fugacium cohibitioni liberæque vaga-
 tionis; nulla enim materia commodior aqueo liquore, neque congruen-
 tius hoc alterum diversorium. Adde, quod necessitas impulit locieta-
 tis cum coaptabili maximo contento, quod est aerea spirituum porrio,
 cum qua concidit facilè humoris aquei permeatio. Ad summam & ma-
 teria & forma & usus finisque serosæ ichorodisque substantiæ suadent o-
 mnes tenuem hanc substantiam non discrepare solum concordare cum
 artēriis. Accedit experimentum, quo comprobavimus in accepto per
 nos ex crebris artēriotomiis cruorem duplum fermè compertam ichoris
 portionem, quæ sit fortassis ut crediderit auctor lib. de utilitate respir.
 sanguinem arterialem non concreescere velut venalem, quanquam & nos
 eum concreescere non semel observavimus.

Ab humorū
 similitudi-
 ne com-
 probatio.

Ab experi-
 entia com-
 probatio.

Jam igitur, quemadmodum ichorem conservant alveolis suis artē-
 riæ, perpende nunc & quotum continere debeat artēriæ numerosissimæ
 per lienis parenchyma redundantem suum humorem refundant. Ita-
 que & nativum & adscititium ichorem agnoscentes artēriæ sple-
 nicæ, quo refundant aptius (reputavi diu multumque mecum) quā
 ad cognati cordis piscinulam accedit, quod & consentaneum arterialem
 humor allecabit hæc contra, nempe cavitas omnis inquit lib. de medico
 magnus Hippocrates, natura rapere debet. Dum igitur hæc rapit, illa
 verò scaret & diffluit, iis laticibus intercipientur hi prolaxatam calore
 tuniculam.

At neque desiderantur viæ, quin ipsæ si quæ aliæ semet exhibebunt
 paratas & consueas ad humoris tenuissimi traductum: quippe refluxus
 à nullo impeditus, sed expeditus manet per eandem celiacam artēriam ad
 superiores, ad coronarias inde revomere præcipitareque valebit. expe-
 ctatissimum ichorem, quæ mihi non difficilis apparet ratio ut lienis artē-
 riis collectus in utriculum pericardium humor deducatur ac transfunda-

tur

curatque ad usus à Conditore provisos custodiantur. Rursus autem an velis exploratiore via cum cæliaca contingit phrenicarum oram ad has committi portionem ichoris, quæ brevi deinde tractu in pericardio eam deponant, ita præmonstrante Andr. Laurent. Hist. p. 146. Hæc hercle via non satisfacere quæsito non potest; & cō amplius, quod lien septum attingit, ac sicuti per venas cum mediastino communicat, ut Bartholomæus Eustachius ostendit, immò verò M. Hippocrates lib. de ossibus n. 21. ita & per arterias eadem. Itaque longè multiplex esse potest viarum delectus cognitus nobis & multò potius naturæ.

Quod si refrageris per id, quod sunt hæc vasa sanguinis, non serosæ materię, quam utramque portionem quis liene retineat, quis inde demandet incomprehensibile propè ratione? Hanc sententiam si quispiam effutiat inepta ingenii tapinosi forte fortuna; dicam ex adverso fieri sic ignavam inertiemque naturam, quæ Zenona, Cicerone teste l. 2. de natura Deorum, ignis est artificiosus ad gignendum comprobandumque via: neque norint id, quod Juvenalis in satyra XIV. testatus est; nunquam aliud natura, aliud sapientia dicet; & Livius decade X. lib. 7. rerum natura potentissima est, & Seneca secundo de Benef. naturam, ait, cum dicis, non intelligis mutare te nomen Deo. Quid enim est aliud natura, quam Deus & divina ratio toti mundo partibusque eius infusa: sic natura sine Deo non est, neque Deus sine natura, & divinus homo Campanella præceptor meus; Natura quod potest vult, quodque vult æquè potest: nempe scit, quod vult, scitque quod potest, quodque scit & potest, interea vult: quippe nil invidet. Quare optima, scientissima, potentissima facultatum omnium est ipsa: quapropter si potentem optimo quandoque jure vocavir idem absolutissimus vir, naturæ igitur opera sint oportet opulenta Galeni verbo CXV. usus part. pag. 212. A nec quomodo agat, ingenio humano inveniri potest; apud eundem ibidem; queamus nos quid unquam de eiusdem ratione comminisci. Tantum affirmabimus cum eodem magno Galeno lib. 6. de loc. aff. 4. 41. G. naturæ officium esse, tum excernere, tum continere tempestivè; & quod natura semper sanguinem expurgat, ejusdem Galeni fragmentis II. G. Quum igitur ichor nutrire nequeat lib. de Vict. rat. comm. 2. & quia feri genera sunt excrementa, & ab ipsis liberari debet ut malis corpus 2. fiat. facult. c. 30. hanc alii facultatem cuidam usui destinatam bellè discernit, ac dextere sub cordis amiculum reponit. Id quod ad unguem factum in aquæ pericardii tegumento. Sic vides luculentam non difficilem, verum operi maxime congruentem ichoris hanc è sanguine percolationem. Annè igitur placet de hoc ichoris decursu ratio? an vero de medio

Ad instantiā
occurratio.

De Natura,
veterum
sententia.
Juvenalis.

Campanella.

Duo pro-
ponuntur
theorema-
ta.

1. Aqua pe-
ricardia
non fit ex
resuscitati-
one & par-
tium inte-
ritu.

2. Ichor
pericardii
non est ex-
crementū.

Monstratur
nubilitas
aquæ peri-
cardiæ.
Ufus plane
reconditus
ab autore
deprehen-
sus.

Peroratio
& nostræ
sententiæ
confirma-
tio.

medio inter sublimem & infimum coronario defluxu? an tertio malis utrumque rheuma conjugatum iri, veluti duo fluvii, qui in unum conflandum amnem coeant & jungantur? Nam non difficilis ista cura naturæ, ut ex duplici rivo corrivari sufficientem humorem, præsertim autem in eius ichoris ubertate, & exuberantia non difficulter approbari licebit aqueum ex liene transmissum. Ex quibus omnibus apparent theoremata duo, quorum alterum est, non audiendos eos, qui suspicantur liquamentum hoc cordi cognatum & necessarium à naturâ præbitum adjumentum, verum ex resolutione partiumque interitu fieri, quemadmodum lac concretum à coagulo, postquam deferbuit lente serefeit. Quippe nos jugulatorum actudum pecudum per fossa pericardii vidimus accuratè non aqua quidem integrè turgida, verum fundo æquatum humorem reddere.

Alterum est, haud excrementum nuncupandum talem ichorem, verum *σπινθη* essentiali humorem, qualis est quippe commeans cum sanguine suus ichor, aut ichorodis ichor emulgenti dextræ, qui sic probatus est natura, ut generationem nedum non impediat animantis, sed juvet, ut ex hoc eodem opificis proposito præjudicatur. Quid autem excrementitium opinari liquorem, quem præsens cordis spiritus incubat, & aspiratu suo dignatur. Anne verò vilis aut ignobilis existimandus est ille, qui affideri intumescitque consilia cum Rege? Nedum autem non excrementorum portio hæc est aqua, verum, usum prænobilem agnoscit, qui à nemine scriptorum hucusque deprehensus est. à me revelatus in *ἐπιληνοθεωρίᾳ*, qui ne desiderium tuum suspendam est ad cohibendum tartareo acore, scilicet pontico sapore, seu sanguinis à bile seu spiritus ab arteriis nimiam laxitatem atque præcipitantiam. Adeo constringendi atque roboris intendendi perpetua ubique corporis necessitas est. Verum hæc ibi tu perquirito ac degustato. Eo patet loco demonstratio, quæ hic tantum prolusio fuit. Sic testimoniis optimorum, validis firmamentis, & sensuum evidentia monstratum est oculis, non attingi pulmonem. Verum ne Severinus ego videar in venerandos tot viros admodum severus, quoniam adversus recreari præcordia potionum refrigerio; ponam equidem modum inter discordes binos arbitrantium sensus, aperiāque germanam pragmatias naturæ rationem, quæ non est alia, mea quidem interpretatione præterquam ea, quæ descripta fuit à Galeno lib. 8. de plac. c. 9. pag. 278. per mediam quippe tunicam linguæ communem fit hæc omnis refrigeratio: veruntamen non aflu sed potestate, quas binas conceptiones, quia non discreverunt priores, ea propter multam pepererunt ambiguitatem ac dissensiones.

Epidocha

Epidocha II. de Adipe Cordis,

In Iulii Iasolini questionem, de Adipe Cordis, M. A.

Severini ἐνδοχὴν secunda.

Siquispiam ex me percontaretur, quid in natura nedum humanā, sed & mundanā sit inter omnia cum primis admirabile, protinus e-
quidem responderim deliberatē, Cor; haud quidem conformati-
onis opificio, situ, ulu, præstantiā, vigore, dignitate. Sunt hæc
quidem reverenda, & suspicienda: verum quod satis unquam admirari
ac venerari non possumus, functio perennis est atque αὐτομάτως motus. Admirabi-
Statuam quidem hydrargyri fluore impulsam, & nullo se citatore cien-
tem Dedalæā calliditate compositam inter mirifica commemoravit anti-
quitas, quæ tamen fortuita, & minimum ordinata est agitatio: Verum
quid dicas, & quam valde gestias ad eam, quæ ab orrus nostri cunabulis
noctu diuque solennis numeris & momentis sic est constabilita, ut ani-
mam ipsam æquet, numerum à Platone dictum sese monentem. Quid
cælorum igitur gyros, astrorum cursus, solis lucem intiendo, vel cen-
templando obstupescamus, si cordis pyramis cuncta præcellit vertigine
sui ipsius propria parique, & nulli non comparabile, quam æquiparava-
ram equidem animæ, verum non sine tapinosis, quandoquidem & Deo
Oprimo Maximo, qui solus à nullo motus dat cuncta moveri,

Si magna licet componere parvis,

Vnicè datur, etiam trigonon conferre motore nostro intra præcor-
dia, & in thoracis adito situm.

Hæc vobis data venia fuerit, ut pauca de multis, parva de maximis,
minima de corde præluferimus, quasi non debuerimus illoris manibus,
id est, non prætaetis ejusdem honoribus de ipso præfari. Rectè igitur
præceptor noster Iasolinus ubi priorem inquisitionem de aqua pericardii
pertractavit, nunc & alterum de cordis adipe coagmentavit. Digna
profectò particula in qua & nos æquè collaboremus. Primùm igitur de
materia & generatione & concrementi ultimā formā pro virili nostra di-
camus. Vtibus hisce meis foret hic sanè depingendum & subfiguran-
dum cor; verum, quia mirabili ne faciliè superabili penicillo delineavit
illud Hippocrates novum non sumo laborem, verum addo paucula de
vena, quæ à basi principis visceris τῆς σελάνης atque coronā σελανίας & co-
ronaria dicta est, quæ à cava supergressa septum & ad cordis vestibulum
evagata faciem externæ basis multis quasi rivulis irrigat, suisque latici-
bus alit, quos in lævum latus circumfundit uberores ac pleniores, pro-
pterea, quod ea pars altior & præfartior affluentioris indiget sanguinis.

Erymon
coronaria
venæ.
Descriptio
ejusdem.

Elegans
observatio
Anatomi-
ca.

Ita quidem omnes plerique Anatomici. Verum id nemo advertit ad inferiora demissam venæ superioris sobolem tantum locorum procedere quantum uterque cordis ventriculus patet: quin & parte interiore quatenus hi sinus penetrentur, semer extendere.

Hypothesis
altera de
sanguinis
arterialis
coctione.

Alterum nunc in memoriam est revocandum: In hisce sinibus celebrari perpetuò decoctionem sanguinis videlicet in spirituum formam. Quanto autem magis ex eadem coctura elicitur idea tenuior & celebratior, eo identidem crassiores & obscuriores restant metorici reliquæ atque halitus, quæ fervore debullitionis adscendunt plurima parte deducti per coronarios quos dixi ramos, quæ ipsa vaporum segmenta sublata fursum in ampliores coronariæ ductus aciditate frigidâ humoris substrati pericardii, quam attexuit Riolanus, secedunt denique in adipea concrementa; Ascendunt autem facile superfuitates ad summam basin decoctione discussæ per illum modum, quem indicavit Alexander Achillinus in Rudimentis Anatomicis, congeritur, ajens, circa cor pinguedo ratione multæ agitationis, ut in forti agitatione lactis extrahitur butyrum. Ab hac planè non abludivit Iouberti sententia.

Achillini &
Iouberti
sententia.

Densitas
adipis cor-
dis unde?

Quod autem attinet ad soliditatem ac densitatem adipis ab Anatomicis descriptæ, constat illa quia cor durissimum crasso ac terrestri sanguine nutritur Galenò, ex quo sebum, seu pinguedo durissima generatur, ut voluit Fernellius. Cujus etiam sanguinis parte tenuiore consumptâ ab ingenti cordis æstu, quæ remanet portio sanguinis, multò terrestrior ac durior evadit. Ita Riolanus Anthropol. l. 3. c. 12.

Petri Ioan-
nis Fabri
sententia.

Petrus verò Ioannes Faber in Palladio Spagyrico c. 13. pag. 172. nativæ ad cor adipis hanc tradidit causam generationis, quia cor, ait, in animalibus omnibus perfectis, quod vitæ sit principium & unicus fons, idè præ cæteris corporis animalis partibus copiosiori utitur alimento & meliori, & quod uberiori utatur vitali nectare, idè etiam adhæret illi copiosus adeps tanquam interioris pinguedinis, qua nutritur excrementum rejectaneum. Adeps autem ibi conservatur tanquam excrementum utile; nam penuria alimenti partes omnes adipe refocillantur, & sugunt iterum illum & coquunt & sibi assimilant. &c.

Laurentii
Iouberti
sententia.

Longè subtiliorem aliam sententiam viamque tenuit Laurentius Ioubertus, qui Decad. 1. parad. 7. sicut generalem & universam adipis in animalibus generationē fieri dixit præcipuâ membranarum obtegentium densitate, quæ permeantem halitus adiposi tenacem fluorem in exitu comprimit atque cogit concoctione densatum, ita ut eam quæ circa cor visitur. Quam adipis gignendi rationem & Aristoteles interpretatur l. 3. de part. animal. cap. 3. conceptis verbis de omento disse-

rentis

rentis. quæ sunt: Propter membranæ densitatem, quod sanguinei alimenti transmissum, colatumque est, id pingue sit necessum est. Tenuissimum enim hoc est, & calore loci istius concoctum pro carnosâ & sanguinea coagmentatione in sebum atque adipem evadere necesse est. Hæc Philosophus. Univerſa igitur adipeæ generationis illa est summa. Materia quidem sanguinis portio tenuissima quippe ærea, levis & oleaginosa, quæ vaporatur sublevatore modico calore. Ratio verò mediaque resolutæ materiæ calentis permeatio atque transfusio, effectiois verò atque compactionis *συνάτιον* membranæ densitas & obfistentia ultra quam ipsa extat transcurso negato: effector verò præcipuus est calor, qui percoquens assidue materiam & absolvens stipat demum firmato: formæ denique consummator adipis ipsa compages per omnes promiscue membranas firmituscula, per basim verò cordis arduâ caloris subactione longè solutissimâ Verum de omni re satius est apud autorem apprehendere.

Adipis cor-
dis præci-
pua causa
efficiens
calor.

Cui quidem decreto difficile non esset ad stipulari, nisi quod obfistentem diffugientemque materiam qualis ærea unice vaporabilis est, voluit calore subigi & compingi. Quod *ἀτοπὸν* admiror perspicacissimum alioquin hominem non prævidisse; fuisset autem huic vitio facile mederi, si minus sinceram æream verum terreâ modicâ commistam portionē constituisse. Cuius terræ tenuioris videlicet occasione concrementū facile cōposuisse. Verum tamen intentus is soli permeationis ministerio per densam membranæ substantiam, cætera offendicula non spectavit. Jam verò quid vetet admistum quidpiam acutioris terræ, pervadere per eandem membranæ compaginem, præsertim quando robur & firmitatem portio solidior fugaci cæteroque valeret; quin etiam impulsu atomis terrenis plurimum suggeri potest; infimum enim sublimatum, ut ita dicam, acumen magis proferat quàm aqua vel aër, necessum est. Quod si pyramideus aditus est igni, futurus hic herclè validior exactioris paxillo terræ.

Iasolinus
gligentia
notatur.

Iasolinus
quomodo
salvandus.

Si placeat igitur adhærere Iouberti iudicio, salves huius offensionem illo quod exposuimus coagmento. Cuius viri sententiæ alioquin non *ἀτοπὸν* illud insuper pro epidorpidæ subijci licet, quæ efficacissima est naturæ lubentia atque potestas, de qua nos alibi sæpe. Hoc autem esto suffragium. quod ex sanguine per umbilicam venam ad formandum fœtusculum advecto, postquam & vascula mesaræi, & venæ cavæ propagines efformatæ fuerint, parenchyma jecinoris conflatu concretu certè non frigore, quod nec unde est, verum opifice tantummodo caloris & spiritus subsidii, qua ipsa ratione & adeps coronarius constituitur. At de hoc parergo satis.

Adipis cor-
dis usus co-
sideratur.

Effectus
perpetuū
cum sub-
tracta ma-
teria coit,
Aristoteli,
Hippocra-
tisque.

Expositio
nostri de
creti.

Perpetui
cordis mo-
tus adiu-
menta mu-
nimenta,
que neces-
saria.

Nunc quod pertinet ad adipis usum, hic non simplex, aut similis, sed certè organicus visus est, pertinens, inquam, ad formam, quæ proximè functionem spectat finalem. Minimè autem placet affirmare supremamillam opimam Zonam ordinatam, ut calidi nativi fomento sit. Namque aliàs habet ingenitus calor unde alatur, ac detineatur solidè semper *ἀπὸ γεννητῶ*, quod vidus Vidiū l. 6. Anatomes etiam adnotavit, constante flammæ in fomite ardentis analogia, quam nemo Professor ad hanc diem usus est tergiversari. Porro perpetuus est, agente philosopho, in quacunque natura effectoris & materiæ coitus. Itaque M. Hippocrates in l. de diætā, ignem & aquam elementa universi præcipuè verò hominis posuit. Momentum igitur ad omnem calidi alimoniam, & cōservationem adipis foret coronatā portiuncula, cujus modicula micellæ, & nunc quidem extantis, nunc non extantis usum minimum, quid opus est omnino constituere? quando & iunioribus hic nullus est, in quibus nihilominus est calidum multò maximum; quod adipis fortuita & præter naturæ institutum videri potest procreatio, præsertim si sit ad essentialē non accidentalem usum ex cogitata. Præterea neque in animantibus omnibus observari suppetit adipeam hanc epicardiam substantiam, multò autem plurima pars ipsorum, quibus cordis basis adeps succingitur, quàm quibus non succingitur. Alimentum autem hoc committi decet cum ordine rerum & genere fermè perpetuo. Perpetuum fortasse fuërit, quòd quoties augeatur animanti calor, hic subinde paratam sibi materiam construat & munimentum. Quod verbi quodve placiti mei rationem declaro equidem ad hunc modum. Est cor omniū consensione fons caloris nativi, quem debet ope naturæ fovere, & conservare; quod ut efficiat, quoniam impuritate & conculcatione superfluitatum posset id laborare, propterea perenni motu sublationis & depressionis ventilat, & depurgat; quam utramque operam debet conficere pro necessitate, & pro modo caloris, non minori vel debiliore mensurā. Ad quem motum perpetuū tuendum adjuvent oportet aliqua firmamenta, nec nimia, scil. illa concitatione quidpiam incommodi perpetiatur cor. Sic pro caloris majoris & acutioris usu munimenta item intrinsecus, & extrinsecus idem exigit. Intrinsecus intexti fuere villi membranei vel nervei, veluti funiculi è latere ad latus distenti, & cum lacertulis appensi. Extrinsecus verò quā maximè parte cōcutitur. Fuit & instruendū accommodato aliquo corpore, quo se viscus ab agitationis continuæ lassamentis & offensamentis tueretur. Hæc requirebatur quidē solida & firma, sed nō sic, ut atteri rumpivē posset. Huius autē conditionis est cartilago. Verum quia nimium hæc arens, & minimè coaptabilis carni, & concremento cordis; ob id natura voluit mollius & propinquius carni. Huic autem

autem proximum atque consentiens & cohærens est sebum. Quod quia & alio insuper nomine subservire valebat, hoc unum non deposuit conditrix, verum amplius complexa est, quod nedum agibile viscus erat tuendum, verum etiam actio adjuvanda atque expedienda: hæc enim utraque curanda; quod autem ad prius commodum attinet, accepta adipea portio iure necessario porro lenita lentore rota; quæ circumvertendo vertat, agilius sese proripit, sed & articulorum fragminibus indidit natura lentorem oleosum, quo medio facile circumaguntur; de qua re lege quæ Hippocrates scripsit initio libri de articulis. Sic corpus adstruens cartilagine mollius, & sequacius, sevo vero firmitus & solidius calleâ quandâ adipē vel adipē certē callosam commenta est, & architectata; cartilagineum idem munimentum autore Galeno 6. ul. part. c. 19. natura sagax imposuit homini, maioribus verò animantibus ad summam cordis basin, os, ubi firmiter illigantur vasa, quæ aut in cor penetrant, aut in ipsum ingrediuntur. Talis in mentem venit fuisse lapis adipeus, quem circa lienem obductum vidisse narrat. Vesalius l. 15. anat. 9. candidissimi durissimique lapidis in modum, & qualem nos circa oculos animantium omnium observamus. Sed neque mireris novitatem utriusque adipis commemorati; nempe cochleæ terrestris adeps in pulverem exigi licet, si libet, ut in Zootomias nostræ parte 4. quâ de cochleâ pag. 331. Quin Riolanus in animadvers. ad Laurent. pag. 214. F. meminit in fœtu seu quidem uterino, seu recens edito, compertæ sæpè glandulæ; dicat licet autem sevisiformis, aut adipis glandulæ formis admirationis eò rarioris, quod ea species in tenerioribus puerorum, & in ovillis, in adultis non item. Qui idem Riolanus in Animadv. ad Bauhinum, p. 287. cum Bauh. in Theat. Anat. pag. 218. narrarunt; repertum in dissecis cordis conclavibus concrementa quædam sevisiformia, quæ subdidit Riolanus plerisque mortifera fuisse asphyctis & lypopsychis, & cum angore coitis. Sed in porco, quod animal est omnium humidissimum & pinguiissimum paniceas observavi, cui obductū potius, quàm adipem dixero, sebum adeo solidum & prædurum, ut appareret par cereæ candelæ. Sed neque dubito in animantium natura pluribus, quàm recensui, partibus ejus soliditatis sebum reperiri, cujus jam notæ descriptæ. Conditore enim omnipotens magni Campanellæ mei popularis, & præceptoris oraculo, quod volet id continuò valet, nedum ut finita potestas, volet tamen id quod valet. At neque solus ego super hac re conditorem allego, M. item Gasp. Hofmannus l. 2. Instit. Med. c. 130. Pinguedo (distinxit) est duplex; altera conditoris providentia, quæ ob id consistit intra terminos suos, ut in corde; altera est à certo caloris gradu sine certa lege, & circumscriptione.

Verum

Accommodari-
darissima
ratio extra-
nei cardia-
ci firma-
menti.
Singularis
miscella
binarum
substantia-
rum nota-
tur.

Per lapi-
dem Vesalii
adipem
quid intelli-
gat autor.
Observatio
in cochleis.

Observatio
nostra in
sevo porci-
no.

Chymica
rationis
nostræ ex-
plicatio.

Adipis cor-
dis utilita-
tes recen-
sentur.

Conclusio
& sententiæ
confirmatio.

Verum tamen, ut rationem physicam, & viro dignam ingenii so-
cordia non detractemus, sed generosè pertractemus, caractere utemur
Hermeticorum, qui nihil veriti, quod assiduo calore præsentē nulla vis
frigidi restet, quæ vapores sanguinis præpingues valeat ad concretionem
perducere; contendunt nihilominus, quod compressos agitatione firma
caloris inquilini vagos halitus sal armoniacus, qui non deest officinæ
vitalis archæo, naturæ acido virtuteque coagulativa benè poterit fluores
illos sulphureos coagulare atque fixare. Nimirum plus hæc vis obtinere
potest quam valatilis obsistentia. De re paris exempli lege libellum Jo-
sephi Quercetani de signaturis rerum internis pag. Aureliensi 127. Præ-
terquam, quod & caloris quoque forma valet per se ipsam aliqua con-
densare, ut de portione aluminis calida monstravit clariss. Petrus Pote-
rius Andegavensis in Pharmacop. Spagyr. l. 2. c. 7. §. de alumine. His
jam de adipis usibus nostra quidem opinione monstratis, cæterum eam
utilitatem, quam commentus est præceptor, licebit item eventilare. Cre-
didit enim paratum nativi caloris alisci, vel potius calidi nativi, ne dis-
sipetur, prohibitioni. Quod cum crediderit ante Julium Bacchinus, hunc
porrò corrigens G. Hofmannus inimaginabile *το ἀπὸ τοῦ πυρὸς* dicit in obser-
vatione 49. cap. 116. l. 11. quod id quod caloris nativi videtur excre-
mentum, eiusdem videri non potest alimentum: Atque cordis adeps à
plerisque omnibus ponitur excrementum: igitur non alimentum, quippe
quod idem esse nequit eiusdem opificis excrementum & alimentum. De-
inde, alimentum commodè debet adhærescere, & adiacere alibili objecto,
non forinsecus spectare Aristotele teste. At vero locus nativi coloris cor-
dis conditur intimo, non extimo. Adeps verò cum derivantibus venis est
extimus, non intimus; igitur &c. Tertio, quid cor mutasset materiam
prius in sanguinē, mox in adipem, ut esset, inquam, prius alimentū cali-
dū & aptum, mox frigidum & ineptum. Quarto, Alimentum debet esse
simile in potentia, Arist. l. de ortu & interitu; verum hoc est absimile,
quandoquidem non potest adeps natura rejectaneum esse caloris & ignis
ætherei nutrimentum; rejectaneum, inquam, quod non provenit ex ne-
cessitate materiæ, non instituto præcipuè. Quinto, nullius partis nu-
trimentum est pars circumscripta corporis, siquidem hæc esset pars &
non pars. Atqui cordis adeps est pars; igitur adeps non est cordis aut
cuiusvis eius partis nutrimentum. Si dices non partem, sed excrementū;
tunc recipiam, excrementum est rejectaneum; adeps cordis est excre-
mentum; ergo cor utetur suo rejectaneo.

Tantum autem abest ut cordis calor utatur adipe in suis ipsius bene-
ficiū & adiectionem, ut potius adeps sit rejectamentum per venam co-
ronariam

ronariam superflua substantia, quæ evaporatione & adhæsu, quæ pericardio concrevit & obdurefcit *πικελώνη*, & *παλὴν ὕμερα* pericardiam vocat in brutis Aristot. l. 1. hist. animal. c. 15. in hominis corde jam talis est Hofmanno 328. pag. 100. l. 6. ul. part. Ita non institutus videtur adeps cordis ad hujus ejusdem alimoniam, & fomentum, ut magister sibi persuasit, qui degat in superis beatus, inde vero nobis impleret plenam lucem veritatis.

His omnibus jam habes, quæ qualisve sit adipis idea, materia, generatio, principium & usus, quæ de hac omni re videntur satis.

Epidocha III. De Poris Cholidochis.

In Iulii Iasolini Hipponiata Questionem Anatomicam de Poris cholidochis ἐπιδοχὴ III.

Marci Aurelij Severini Professoris Anatomici Neapolitani.

Inter omnes artes naturæ contemplatrices, nulla, meo quidem iudicio præstantior, aut major anatomicâ exercitatione reperitur. Cujus equidem rei cum demonstrationem plenam lib. 2. Zootomiæ exposui, cum illud mihi singulare argumentum visum est, quod divinæ Syntheseos pedisse qua hæc illi respondentem exequitur analysin. Eadem deinde, certissimis ex facultatibus, animæ portionis divinissimæ domicilium ad unguem intropiscit, ac fabricæ rationem omnem quasi nucleum excutit penitiorē. Mitto quod in Dei templo (cuius appellatione homines censentur) à morbis, & à morte vindicando, ingens apparet anatomes necessitas, sicce quidem ægra corpora intrinsecus sive extrinsecus sint reficienda. Disciplinis autē plerisque omnibus quanto sit usui, suo loco à nobis est declaratum. In qua amplitudine, & splendore suo injuriā, ne quid vehementius dicam, non dissimulabilem ab iis accepit professoribus, qui alumnam hanc excoluerunt: quorum plurimi suapte libidine ac procacitate, nec ad disciplinæ decus, nec ad solidam veritatē attendentes, sed propriæ potiùs gloriolæ servientes è cōposito consueverunt antecessoribus insidiari, & eorum observata caluminari, sic, ut apertis & planis sæpè theorematibus tergiversentur; quomodo Galeno Vesalius, Vesalio Fallopius, Fallopio juniores, & his alii deinceps invicem adversati fuere. Jam verò cum duo Galeni adversione, anatomes universæ sint discrimina, utpotè cuius altera pars simplex, & medici usus, altera subtilior, & non tam medendi ratione, quàm physicæ vestigationi subserviens est: hanc profectò, quæ splendidior erat, tot ambagibus, atque nebulis ob-

Insinuario
& Anatomicæ
Analyseos
commendatio.

Anatomie
necessitas.

Adversus
Anatomien
iniuria.

Successiva
Professorū
Anatomicorum
tergiversatio
& diuexatio.

Anatomes
obtene-
bratio,

duxerunt, ut bonos pigeat eius obscuritatis, quod & de stirpium multifarie controversarum respondente ad amissim confusione queri soliti sumus. Eas scilicet est prurigo, & ut Satyroglyphus ait, cacoëthes innovandi, non tam quidem ad ampliandas & illustrandas disciplinas, neque ad eruendam rerum lucem genuinam, quam ad lucem ipsam offuscandam, & sua cuiusque scitamenta ostentenda.

Galenicæ
& Fallopi-
anæ senten-
tiæ recita-
tio.

Hæc cum in plerisque facultatis dissectivis partibus sint orta dissidia gravissima, & in iudicio de cholidochis poris extitit jam diu conflictatio, aliud quidem professio primùm principe Galeno, aliud arbitrato Fallopio; qui, utinam tam verè fuisset opinatus, quam ex animi proterviâ & ambitionis æstu contrâ nixus est.

Enarratur
summa per-
tractatorū
à I. Iasolino
Iulii Iaso-
lini adver-
sus Fallopiū
contradi-
ctio.

Tertius sese inter hos interuit, doctor olim meus Julius Iasolinus, quem jure meritò, doctissimum censuit eximii planè iudicii vir Hermannus Contringius. Longè verò priores magni fecerunt, & ex eo pleraque transtulerunt Gasp. Bacchinus, & A. Piccolominæus, & Ioannes Riolanus, & Gasp. Bartholinus Scriptores omnes præclarissimi, cuius Iasolini scriptura rursus quasi cribrando resumere instituimus. Hæc eius est summa & anacephalæosis, falsam Gabrielis Fallopii sententiam affirmantis poros cholidochos qui per hepar disseminantes in unum collectos per rectum meatum ferri ad intestinum duodenum, rectoque tramite, & continuò in illud bilem flavam ad usus opportunos exonerare. Sed quia chyli ministeria quandoque præpediunt aditum ad intestinum, ideò diverticulum fecit natura, (χολιδόχον puta) in quod bilis à proprio suo cursu recurreret asservanda tantisper in ea cistula, donec expeditio & oportunitas transmigrandi foret paratis à natura recurrenti viâ nedum prima, sed etiam secunda, quas anatome docet & autopsia.

Quam viri Mutinensis aberrationem ostendit Hippocrates noster tum suis quidem rationibus, tum Galeni testimoniis, tum sensus critico. C. II.

Per exigua cystæ vascula synceram per ampliora permixtam attrahit bilem.

I. Iasolini
rationes ad-
versus Fal-
lopium.

Rationes illæ sunt triplicè extare facultatem tripliei fibrarū generi respondentē, attractricē, contentricem & expultricē. Quomodo bilis ex hepatis domicilio attrahatur à vesicula. pag. 34. Per vesiculam bilis non attrahi solūm, sed expelli bilem, p. 38. Quod bilis expurgatur à facultate fibrarum vesiculæ bilis, non hepatis compressione. Non rectum esse iter vesiculæ ad hepar, pag. 56. Cholidochum ad duodenum amplum latumque esse monstrante experimento. Denique verus cholidochi usus ostensionibus & anatomicâ pragmatiâ demonstratur.

Est

Est hæc ferè tota συλλέξις Jasolini Galenici dogmatis assertrix, Fallopii oppugnatrix.

Enimvero cum constet utriculus bilarius duabus præcipuè partibus, conceptaculo & meatibus; hi porro spectant duplicibus terminis tum ad superiora, quorum unum est hepar, tum ad inferiora, quæ sunt intestina, potissimum vero dodecadactylon. Sic bilis utriculo contenta dubium utrique disceptatori fuit, num impulsa de superioribus ad inferiora detruderetur, ad quem modum existimavit Vir Mutinensis, an ab inferioribus attraheretur, cujus sententiæ Pergamenus dictator fuit. Ad quem arbitrator accedens noster homo Locrus, Galenum sequutus, ac Jasolinus tutatus est, Fallopii decreto refragatus. Adversus quem item inveci sunt A. Laurentius, Ioannes Riolanus, & omnium novissimè atque optimè Hermann. Conringius autor Medicus, ætate nostra dignissimus. Quorum singulorum disceptationes & longum & tædiosum foret, minimeque necessarium, actum enim quid agatur recitare? Nos igitur brevi compendio, quod ex tam confragosis tumultibus videtur amplexandum, id solum deligemus & recipiemus.

Interim hæc accipito Fallopiana: Jecur viscus est princeps, cui delegata potestas est sanguinis conficiendi, & longè lateque transmittendi, alimenti scilicet præcipui vitæ radice & animantis autor & causa: quo contendit, hepar cum corde ipso non minus alendi necessitate, ac neque cerebro cedens ipsa principii dignitate. Sicut igitur hæc superiores duæ facultates de propriis functionibus & spiritibus sollicitæ sua ipsorum excrementa non dirigunt, nec aliquo destinant ipsa, aliorum hoc assumpto ministerio, ita & hepatis consilium & provisio de alimento, non de decremento laborare debet. Hic quidè opifex & utilissimi fluoris arbiter, ablegavit ab se excrementa; quo igitur pacto de horum utilitate sit occupatus & aded quidem, ut hoc munus, & hæc sollicitudo videatur omni alia prior. Nimirum agitatio negotii venæ portæ præcedit id, quod venæ cavæ. Occupentur æquius alia atque illud congruenter acceptaculum, quod ea colluvie tutget. Quid autem Dominis & monarchis viliorum ministeria deferre, quæ pertinet ad ministros? & vice versa non agitare ministri præsumt comparati præterquam] minora & abjectiora. Adde, quod, sicut de bile nigra negotiatur lien; sic ad unguem de flava primò & per se deliberet cholidochos: quippe sunt hi duo condipromique quàm fieri potest pariles ac tantum non dixi gemelli. Quare de hujus utriusque natura & muneribus est animus mihi, si Deus aspirarit, finis conscribere commentariolis.

Folliculi
partes.

Contro-
versia inter
binos au-
tores.
Jasolinus
Galenum ad-
stipulatus,
Fallopio
reluctatus.

Fallopiana
demonstratio à pari.

A repu-
gnantibus.

A materia.

A proprio.

A compa-

ratis.

Decyssi fel-

lis & liene

concepti

libelli se-

verini.

Hepatici
canalis ve-
rus usus.

Accommo-
data jecoris
expurgandi
proclivitas.
Cathartico-
rū pro he-
patis cavā
felix trans-
cursus ad
intestina.
Canalis hic
duplex di-
vinitur à
Naturā
provisus.
Suffragato-
res nostri.
Ad instantiā
occurratio
prima.
Confirma-
tio.

Hofmanni
calculus.
Ex enoda-
tione am-
plificatio.
Alius dis-
sensu.
Conflita-
tus crebri
seribetium.

Tertiò advertas velim, hepaticum meatum dici quidem hepatis at-
tributivè, verè autem est cystulæ ab hujus substantia diremptæ: sed sic
continuò processa, quemadmodum sunt rami cum trunco; quin meā-
tum mea quidem sententiā positum obliquo ductu ab jecore ad intesti-
na, ut cava pars ejusdem, quæ malis est obnoxia scatebris, indè se valeat
expurgare, tūm sub sanitate quidem lata, tūm sub morbis, è corrupta
præsertim bile, atque hujus ichoribus, quæ satis quidem per inferiora
quàm superiora contendunt. Quorum quæso bonos arbitros, quæ po-
rior sit via, quam isthæc extrudendis per intestina causis morborum &
apparandis vitiosis. Atque hæc etiā percommoda via est, ut catharte-
ticis commotæ superfluitates præcipites se dedant in crebras dejectio-
nes, quæ nuncupatæ sunt faciei jecinoris interioris, aliàs simæ; qui cana-
lis amplior Jасolino sæpè non duplex & duplicibus intestinis insertus non
tam errante me judice natura, quā vigilanter & providè confingente in
his factabulis è vitiosiore fortasse semine vel sanguine conformandis.
Addiderunt huic opinioni suffragii momentum Ioannis Riolanus, &
Gaspar Bacchinus, ubi docuere cholera morbo plerisque qui perierant
diligenti dissectione perspectis laxatum digituli crassitudine comperisse
tramitem hunc, ut jam non perturbandus sis eo, quod valvulas transitus
impeditrices aliàs hoc loco statuerimus. Jam enim ubi salutis recu-
perandæ vel tuendæ necessitas est, huic aquæ non oppetit natura. Præ-
terquam, quod & torrentis cujusque fluvius impetus gravis viam sibi
quævis impedimenta parat. Confirmatur item bellè judicium hoc, quod
bilis quidem generibus morbosæ patet hæc via, sit, ut ostensum est facile,
naturali verò difficile: siquidem legitimus per cysticum & rectus est,
quemadmodum audies exploratius alibi. Anguntur graviter plerique
omnes & discerpuntur in varios ambages & inquisitiones, quo tempo-
re fiat illa bilis in duodenum, aut tenue intestinum, sive enim antè cibum
fiat, sive post cibum sumptum, seu cum coctio incipitur, seu absoluta co-
ctura præ foribus sunt incommoda. Expedio me breviter: quia phæ-
nomena ejus rei nulla habemus, sufficere debet nobis vox naturæ.
Hæc dilemmata torsit Hofmannus in 1. 2. Medic. Inst. c. 35. §. 8. Ale-
xandræam, inquam, & violentam Gordonii grypi expeditionem; adedò
sunt perplexæ mentes investigatorum omnium in ordinanda *Algodora*
bilis inferiore. Quid quod & perducta bilis huc loci neque etiam certos
usus habet? Communis enim schola sentit ad suscitandum sæcum excre-
tum institutam, quod Hofmannus & Conringius capita duo palladia
non admilere, verum hanc expurgandæ pituitæ destinationem cum Al-
saharabio cumque omnibus Arabistis voluere. Sed in superiore *Algodora*
contro-

controversiæ nutatusque sunt graviore, legeris Fallopii commenta adversus Galenum, Vesalium, mox Laurentium adversus Fallopiū: at contra Laurentium Riolani, & Ludovici Colladi, & si qui sunt alii, dum per hos quæritur perpetuo, ne bilis in receptaculum comportetur; an vero sit hoc diverticulum, & *ἡ ἀποθήκη* asservulo paratum; per accidens, inquam, dum anadoseos chyli fiat expeditio: namque hoc locum occupante quis possit esse aditus tibi? Efformatio igitur & instructus constet consilii statuentis an offensæ necessitatis? quæ necessitas si sit, vel si datur potius; nec potest, sicut Hofmannus ait, de illâ cogitari sine expresso naturæ convictio, & quænam conditricis optimæ atque *ἀνθυμωσ* prudentia? decernentis ut cruderentur sæculæ per expeditum instigatorem chologen, sed impeditum vitare iter, vitareque occupatorem, cui liceat infinitè sic inhibere, ut deponat inde curâ sollicitator, nec amplius eius rei sit sollicitus. Verba objectionemque miraris? nec probabilem arbitraris profectò tum veram tum necessariam, si animo percurreris omnigenas animantes perpetuæ voracitatis, & huius sive quidem naturalis sive morbosæ per unum bulimum. Edacissimi totis diebus sunt vidi pueri, lupi, cervarii, *ῥῆς*, eque noctu diuque plenis præsepis ingluviem non explentes dasypodes, gallinæ, mergi, quæ ut Alexander notat Benedictus perpetuo veluti stirpes alimentum appetunt terris affixæ. Quare neque inveneris in his unquam chyli vacuitatem, quæ tamen singulis frequentissimè alvum deponunt, qui bilis extimulatum frustrantur effectus uni, frustra que item est irritandi consilium, quando perenni sub chyli redundantia fieri potest, ut nunquam consummetur excernendi oportunitas; nisi si fortasse consummetur in somno; in quo cæteroquin non fit digestio, sed concoctio tantum. Quod autem Heurnio placuit inst. med. l. 4. c. 11. bilem tertio quoque die ad intestina deponi, Bacchinus nec absurdum provisum hoc loco emunctorium, quandoquidem & alibi alia fixisse non oblita est natura. Indè etiam per intestinum introducta bilis occurrit ad stomachum ut præecolis, quorum quidem adolescentem vidi unum pro hac ætate pusionem & colore fuscum & habitu gracilem, superiorum Capucinatorum cælo natum, qui singulis diebus manè spontè vomebat plus unica bilis amaræ; quare mirum est, quod à scientissimo viro Joanne Heurnio dictum legi conceptis verbis expressum l. 4. inst. Med. ca. 11. quod tertio fere die folliculus fellicis in intestina exonerare solet.

Quod quidem morbi vitio sit virtus intemperantia, succi que biliofi redundantia, non cholidochi insertione, qui sicut alias ostensum, cum fomentum affert & concoctionis adjumentum, indicio mihi est quod

Expolitio.

Comprobatio enuntiati. A signo.

Ab absurdo

Instantia & ejus responso.

Historia.

Distorum complexio. aduersoribus & Galeno & Foefio & Hofmanno suis locis non biliosis tamen, sed & pituitiosis legatur hicce cholidochus. Hortum denique summam si subduxeris, nil videris in hac functione certum, sed fortuitum totum negotium, quas credo injurias & quærimoniæ capita quæ subindicans non expressit Βεαχιολόγος & Εμπατικός noster Hofmannus.

Alia fortuitæ functionis obiectatio. Jam verò fortuitum ut foret hoc omne negotium, en ab ulla non impelli virtute commeatum bilis, verum à compressione fieri jecinoris in rectigadis, à ventriculo vero in brutis.

Quæ spectant ad cystulam Argumenta. Hæc quidem ad hepar & ad bilis extimulatricis traductum attinent argumenta: quod autem ad cystim, hæc cum diverticuli loco probile ad tempus asservanda Fallopio sit, facta adstruitur per accidens, id quod multa naturæ facta non patiuntur.

A formæ dignitate. Prima fabrefactio cholidochi instructa nervis, arteriis, fibris ternis, ductibus multiplicibus, & summè variis, valvulis item & forulis, remisve: quas ob res tam organicum vas utique non erat principalis officii dignitate exauctorandum suisque functionibus defraudandum.

A consequentibus. Si enim non attrahit ex hepate bilem, neque hoc illam mittit omnem ad cystim, sed pauculam & interpollem ad tenue intestinum, bilis ex analogis multis causis ad portas & ad hepar redundans inquinabit dulcem amaritie multa sanguinem, atque inde consequenter incommoda longè gravissima, quæ recensenda relego Galeno, & suis plerisque omnibus, immò & Hippoc. l. i. de morb. num. 28. & democ. epid. ad Hippocr. Deinde, si non attrahit cholidochus, rogo quo pacto in cystula fœtus uterini, de quo problemate nos alibi. Præterea si cholidochus nulla virtus est contentrix, quod non affluat suo pte nutu bilis in ambitum undecunque, & an supera quidem conturbabit sanguinem, ad inferiora verò chylum infestabit amaritie? Nec formæ capacitas rotunda aut bilis exuberantia sub cysti, respondere (si justos habeat expensores) potest modicis regressibus impeditæ bilis, cujus affluxus in cystim longe copiosior est.

Ab adjacentibus. Ad hæc & de tempore coarguam egregium Mutinensem, quoniam enim sub eo elegit præcise, quod est chylicationis, transmittendam hepaticæ conductori bilem, quid multò prius inferenda eadem sit, quando chyli sugendi vel distribuendi nullam subest impedimentum, sed est ejusdem plena vacuitas. Præstabat porro naturam intelligentiam non errantem transferendæ bilis illud velle tempus, quod oportuū esset, ac minimè detrimentosum: quid autem præcommodo & oportuno illa deligere momenta, quæ forent incommoda & importuna. Nimirum, ut inde accusanda esset à Momis optima natura, quod occasiones & actiones amasset atque spectasset præposterar, At qualis hæc pulchritudo

A consequenti.

per

per naturam inducta commentum? quin verius humani insolentia figmenti. Insolentia, inquam, & figmentum, quæ voluit tunc temporis fieri transmissum hunc bilis quum commodum erat fictori, ut componi darique posset illerectus. Dubitabat vero, atque cavebat homo noster, ne per impedimentum retrorsum acta bilis in hepatis domicilia rursus inveheretur: at non advertit alioquin subtilissimus anatomicus, ac fieri posset reditus in jecur, si modò naturæ consilium id fuit, interpositas ad ceræ extremas valvulas.

Refugium i
abolitio.

Ita occæcatum in tota re fuit Anatomici iudicium. Jam igitur cum tot ac tanta videas absurda atque delicta parata adversus inreprehensibilem naturam, non mirari non possis, quid absolutissimus & anatomicus & contemplator Fallopius ἐν ἀνάλωσις hallucinatus aberraverit. Sed dicant quid caliginis causæ? Ambitio prima invehendi novam & singularem adversionem in eo professorum genere, quos solita est gloria transversos egisse. Cum duobus tamen perperam adnotatis, quorum alter est, quod priores anatomici auctores & descriptores hepaticum ramum appellarint, quasi quod hepatis sub jure sit hic cholidochus, qui tamen est cystis geminus. Verum, quia cystici nomen alter est nactus, expedire fortasse visum est, ut assessor nomine distingueretur, quum apertem ad superiora spectat, hepaticus propterea dictus est.

Inflatio
in Fallopii
paralogia.

Causæ tres
unde Fallopi
pius impulsus.

Altera verò observatio, quæ iudicium viri maximi præcipitavit, apparet illa, quod in his, quæ vesica non gaudent animantibus, in equo præcipue, tendit ex hepate rectus meatus ad intestinum, quod naturæ factum vel ipse legit, vel vidit.

Hæ Fallopio fuerunt ansæ, quibus suam mordicus retinere paralogiam; verum quàm fallo, quamve improbabilius, audistis.

Pars I. Cap. I.

De Osteologia dignitate ac necessitate ad universam

Anatomen.

INSTITUIMUS hic agere de ossibus, quorum tractatio in anatome semper præmittitur, tum quidem naturæ ordinem sequentibus, tum doctrinæ naturæ; scilicet quoniam ossa sunt fundamenta, super quibus extruitur tota humana fabrica. Id quod aperte monstravit Hippoc. l. de ossium nat. dicens; ossa corpori stabilitatem, rectitudinem, & formam exhibent. Quæ divini Senis verba, si mea interpretatio non fallit,

Osteologie
primordium.

Hippocrates.

usus ossium.

Stabilitas necessaria carnibus, & visceribus. Galeus. lit, maximos tres ossium usus refert. Primus communissimus stabilitas est corporis, dum ea nativo robore rigentia carnis, & viscera, quæ i-
tare per se cæteroquin non possent, sustinent; & de loco ad locum trans-
ferunt bajulantia, non ut Galenus inquit prim. de adm. anat. c. 2. quod in
tentoriis præstant pali, quod in ædibus parietes, id in animantibus præ-
stat ossium substantia. Quod ut expressum cernatis oculis; proponite
animo qualis esset videri puer ille ex ossis apud Hippoc. 2. epid. præcipuis
corporis partibus discretus, qui parum vixit & perpusillus. Post hanc est
rectitudo corporis, ne, sicut inquit Fernel. vermium & serpentum mo-
re, rerum princeps reperet homo. Verùm tamen cum rectitudine flexio
comprehenditur, ut curvari. vertique posset homo quoquo oporteret, at-
que ad hunc finem animanti data plura sunt ossa.

Magnitudo figura. Magnitudo capitis. Thoracis. Maxillæ. Numerus. Postremò est & penes ossa reliquarum partium magnitudo, & fi-
gura, quin ab ossibus corporis proceritas, & incrementi meta depen-
det. Quibus enim caput magnum, his cerebrum amplissimum; quibus
thorax angustus, his & pulmo, & viscera contractiora: quibus maxillæ
parvæ, item & muscoli parvi. Addit Ingrassias quòd & ossium numerum
partium quoque suus numerus, sequitur.

Venæ, arteriæ, nervi, tendines, ligamenta, numerum sequuntur ossium. Nam si manus aut pedis digiti quaterni aut seni fuerint, quaterni
aut seni fuerint quoque ipsorum muscoli. Nec minus etiam venarum,
arteriarum, nervorum, tendinum, ligamentorum numerus augetur aut
minuetur, si numerus ossium auctus fuerit, aut minutus: tanta scilicet est
ossium potestas. Adhuc & multorum situs ab ossium situ variatur ita, &
musculorum exortus insertusque venarum ductus, arteriarum divortia,
& nervorum diremptus ossa sequuntur, & sicce quidem in optimâ cor-
poris conformatione quæ secundum naturam, sive in perversa & præter
naturam se habente, exempla vos observate in multis quæ se offerent.

**Doctrinæ etiam ordi-
ne prima
tractatu
Osteologie
necessitas
ad thera-
peuticam.** Rursus & doctrinæ ordine necessum est tradi primò ossa, siquidem faci-
lius per hæc cætera intelliguntur. Quo factum est, ut veteres in schola
Alexandrina, cuius maximam fuisse anatomes perfectionem memorat
Gal. l. prim. de administrat. anat. non aliud pro addiscentibus propone-
rent, quàm reficcara ossa, quod sceleron vocant. Ad extremum ossium
notitia nedum ad Echiologiam addiscendam requiritur, sed ad thera-
peuticam; ut scilicet rectè curentur Luxationes articulorum, & ossium
fracturæ confirmationes, Gal. initio l. de ossibus. Quin & ante hunc
Hipp. in epist. ad Hæsalum filiū inquit ad multiplicem ossium affectionem,
& articulorum luxationem, repositionem, & ossium contritorum resectionem,
& perforationem, & compositionem, & detractionem, & reliquam cu-
rationem majorem industriam veterum fuisse, qui noverint qualis est lo-

cus. & quale os laxatum est. Rationem addit ferè Gal. loc. cit. cū aie Galenus.
ossa singula per se qualia sint, & quam invicem syntaxim habeant novisse arbitror medicum oportet, si rectè ipsorum fracturas, & luxationes curaturus est; siquidem in omnibus quæ ad Medicinam spectant perspicuum est, quod secundum naturam est tanquam scopum habendum esse. Quam rem qui ignorat, minimè intelliget, aut ubi partes affectæ à sua natura distrahuntur, aut qua ratione ad id quod secundum naturam est reduci debeant.

Hæc satis de Osteologiæ necessitate.

CAPUT II.

De natura ossium, generatione, & causis.

Cum plurima sint quæ de ossibus tractari possint, principio quidem videndum est de natura. Hæc autem duplex: Altera est materia generationis ex qua constant ossa; altera est materia nutritionis, ex qua & aluntur intrinsecè ut augeantur in iunioribus, & vegetent in grandioribus, & restituantur extrinsecè, ne continuò absumentur à motu. De priori quidem materia videndum, quæ sit. De hac itaque differens Arist. l. 2. de generat. animal. cap. 4. dicit, seminalis materiæ duas esse partes præstantiores; alteram quidem tenuioris substantiæ, ex qua constant partes præstantiores, ut carnes, & viscera; alteram verò crassiæ substantiæ, quæ prioris est excrementum, & ex hac constantur ossa. Simile quid in l. 4. meteor. ubi habet, ossa correspondere terræ, quod dicit, ossa fieri ex parte illa seminis terrestri. Hoc fortasse desumpsit ex Hippoc. l. de genitura, ubi dixit Senex, fieri ossa ex parte seminis duriori; per durum autem intelligit crassum, quamvis neque sola crassities materiæ ossi formando sufficit, sed requiritur etiam pinguedo, ut idem est author Hipp. in l. de carnibus, cū inquit, quod quidem in his pingue fuit celerrimè exustum est, & factum os. Verum neque dum Hippoc. caret ratione, quinimò patebit necessarium hoc esse ex sufficienti divisione materialium, quæ attribui possent ossi; namque hæc materia quæ ut prima patuit, est quid terreum, & hoc vel simplex vel mixtum. Non simplex, quia ex terra nil fit, si mistum, vel igneum, vel aqueum, vel acreum: non igneum, siquidem ex igne nil fit, non aqueum, igitur acreum & pingue: Vel dic, materia ossis terrea crassa, vel est exusta, vel non exusta. Si non exusta vel cum humiditate aquea vel ærea. Non
quidem

Seminis
partes bi-
næ, tenuis
& crassa.

Ossa re-
spondent
terræ.
Ossa sunt
ex parte se-
minis durâ.
Crassum
simul &
pingue, os.

Osterreum
& acreum.

quidem à terra exusta : nam ex terra, & igne per omnes Philosophos nullius est generatio. Præterea non ab humiditate aquea, quia tunc sit materia viscida ac tenax ex qua fiunt potius nervi, & vincula; ergo à materia aërea quæ certè est pinguis. Hactenus de materia generationis. Cæterum materia nutritionis duplex, proxima & remota secundum Medicos scilicet ut 3. de facultatibus naturæ c. 15. & 6. method. remota ut sanguis.

An ossa nutriantur medulla, quæstio prima,

Proxima verò à Medicis tantum assignatur, quæ est medulla in ossibus contenta, quæ tamen non admittitur à Philosophis : unde hi acriter pugnant adversus Medicos, probantes non esse medullam nutrimentum. Sic primò nullum excrementum potest nutrimentum, sed medulla excrementum, ergo &c. Minor probatur sic: quod habet proprias cavitates excrementorum paratas, illud est excrementum, sed medulla proprias cavitates habet, ergo &c. Maior patet, nam urina, feces, bilis, &c. habent proprias cavitates, ut patet. Adde, quòd omne nutrimentum est in substantia partium, non autem in cavitate distincta.

Adhuc secundò animantia omnia excrementosa multa gaudent medulla: Signum ergò, quòd medulla excrementum est. Tertiò de ratione alimentum est, ut facillè transire possit in substantiam aliti, sicut aptum nutrimentum nervi est sanguis crassus, & pituitosus : sic ossis debet esse alimentum proportionatum. Huiusmodi non est medulla cum sit calida & humida; os verò frigidum & siccum, &c. Quartò. In Puerorum ossibus non apparet medulla, ergò medulla non est ossium nutrimentum. Nam si nutrimentum esset, non deficeret, ergò magis quòd eorum substantia tunc maximè restituitur : Sequitur igitur, quòd sit excrementum. Quod si medici dixerint hanc esse medullam rudem & imperfectam, obstant Philosophi, quòd ossa constant ex sanguine, propterea quòd apparet his ipsis esse consanguineum concrementum, cum pueri sint excrementosi. Hæc quidem philosophi.

Ex adverso nos qui Galeni doctrinam sequimur respondemus primo, distinguendo cavitates intimas, & extimas excrementum quidem continetur in cavitatibus extimis, ut urina in vesica, feces in intestinis, fel in cysti; in cavitatibus verò abditis intra substantiam alicuius partis non est reperire excrementum. Et cum inquirunt : nutrimentum est in substantia partium non autem in cavitate distincta. Responde, quòd si sunt boni Anatomi, videbunt partim ossa in suis porositatibus habere hoc nutrimentum, ut est in processibus ossium multorum, & in medullæ cranii : partim etiam animadverterent cavitatem istam distinctam in aliqua parte ossium esse naturæ quodam solertissimo consilio, ut solidiora

solidiora essent, & præterea ne in vastam molem excreverent eadem.

Ad secundum cum obijciunt animalia excrementosa gaudere nimia medulla: dicimus quidem id accidere non ea ratione, sed quia frigida: talia enim cum sint, convertere non possunt in medullam in os.

Ad tertium cum agunt de symboleitate nutrimenti, dicimus medullæ materiam esse terrestrem, & quamvis videatur calida hoc est ab impressione caloris mutantis substantiam, ac deinde in transmutatione ossis evanescit recedente videlicet aereo ac remanente terreo.

Ad Quartum ubi opponunt, in iis qui crescunt paucam esse medullam, nullam tamen in recens ortis, sed sanguineum excrementum: contrarium autem esse deberet: igitur dico, quod ad nutritionem crescentium ossium non necessarium est ut appareat nimis copiosa portio medulla, sed à natura suppeditatur quæ necessaria. Quod verò ad recens ortos, dico esse veram medullam: quod autem sit sanguinea substantia, id quidem fit quia cum recentes sunt fœtus, sapiunt naturam ejus principii, ex quo sunt geniti, id autem sanguis est. Jam verò si medulla esset excrementum, sequeretur in senibus qui sunt excrementosi, magis adfluxurum; in junioribus verò defecturum, quod tamen non est, sed prorsus contrarium.

Præterea sequeretur ab excremento tamdiu retento fere ossa corruptum iri, quod falsum est.

Ad hæc excrementa omnia effluxum, & effluxus cavitatem habent, medulla non habet, igitur non excrementum.

Adhuc quoque medulla tegitur duplici tunica, ergo non excrementum.

Confirmor in hac sententia: nam partes omnes nostri corporis nutriuntur, caro quidē sanguine, nervus crasso muco, membrana consimili lentore. Igitur & ossa suo nutrimento gaudebunt: nullum autem potest esse aliud quam medulla, ergo medulla erit &c.

Denique ex iisdem nutritur pars, ex quibus constat, sed constat terreo pingui, igitur terreo pingui, qualle medulla est, nutritur. Minor hujus, ut secunda paruit, est Hippocratis. Quare &c.

Haecenus de materia nutritionis ossium jam dictum est.

Quod ad affectricem causam ossis, hanc Plato retulit Deum Opt. Max. qui terram puram levemque accipiens perforavit, mox igne supposito adussit, bis aut ter in aquam mergens. Porro similitudo hæc ducta est à fabris ferrariis, dum ferrum vicissim in fornacem immittitur, mox conformant malleo & in aquam deponunt. Cum hoc sit, cumque terra hæc Platoni sæpius confirmetur, porro mens ejus est, tertam hanc ducti-

ossis opifex
& materia
Platoni.

Hippocrati
ossis mate-
ria & for-
matio.
Aristoteli
spiritus se-
mini insitus
opifex.
Galenus
varius in
opifice at-
terendo.

Ossis for-
ma.

Finis.

Epilogus.

Definitio.

ductilem pinguemque esse: agentem verò calorem esse. Quam sen-
tentiam fortasse imitatus aut suffragatus est Plato à communi omnium
magno Hippocrate, qui lib. de carnibus, Calidum dixit omnium effe-
ctorem: ossa vero ex terreo pingui formari &c. quamvis per calidum
Hippocrates Deum non intellexit opificem, sed vel spiritum, vel ani-
mam voluit. Non dissimilem ab Hippocrate sententiam habuit Arist.
qui in 1. 1. de generatione animalium c. 4. scripsit calorem insitum id est
spiritum in semine contentum esse opificem.

At quid de his Galenus? Ipse quidem varius hâc in re fuit, nunc
dicens opificem spiritum, nunc facultatem, neque sibi dissentit; nam spi-
ritum frequentissimè statuit instrumentum omnium animæ functionū,
sed immediatum quidem ac proximum, facultatem verò primum actio-
nis motorem atque auctorem. Atque hæc de ista difficultate jam
satis.

Quod vero ad formam attinet, hæc nulli comperta est, sed penitus
ignota, qualis ultima differentia nisi tamen dicamus ejus formam esse
robur, quod in osse visitur.

Quod ad finem sive ad usum attinet: usus ossium est multiplex;
Primus ut molles ab his partes sustententur: secundus, ut tutela sint par-
tibus principalibus, tum ex Galeno lib. 16. de usu part. c. 20. tum ex A-
rist. 1. 2. de part. animal. c. 4. Tertius est ad motum progressivum: Con-
firmatur: nam ossibus carentia animalia difficilè progrediantur, ut ver-
mis, quamvis revera non simpliciter ad progressionem necessaria sint sed
plurima ex parte utilia. Quartus ad conformationem & configuratio-
nem partium, quæ applicantur ipsis. Id quod patet: nam exempto a-
liquo osse forma & figura partis continuò depravatur, ut in naso.

His multis ossium notationibus simul collectis construunt non-
nulli descriptionem, quæ sic habet: Os est pars similis corporis
animati ex pingui terreo per calorem insitum genita, soliditate & ro-
bore partibus mollioribus pro sustentamento, partibus verò cæteris pro
conformatione & motu. Est hæc definitio causalis per omnia causa-
rum genera tradita, quæ suprà sunt explicatæ.

Cæterum haud reprehendendus est Galenus quasi mancā ossis
definitionem produxerit initio lib. de ossibus ad Tyrones, dicens: ossa
sunt partes corporis frigidissimæ ac siccissimæ ac maximè terrestres. Re-
prehenderunt quidem ejus culpæ Galenum parati Calumniatores duo
quos scitis, Vesalius nempe & Columbus: verum quam iniquè & stultè,
jam audite. Enim verò non vident eam non fuisse Galeni mentem,
ut definiret: quin aliam ut quādam antea constitueret: ut probaret po-
tē.

ita esse ossa natura procreata ad stabilimentum & firmamentum corporis totius & partium argumento est, quod cum dixerit statim subiungit. Hæc tanquam fundamenta quædam ad universam corporis fabricam sustinendum subiciuntur, hisque omnia adnascuntur & constabuntur. Confirmatur autoritate Fallopii scriptoris in arte præcellentis, qui formam essentialem ossis tradidit robur & soliditatem ipsius ejusdem esse, quæ in tota sui substantia sibi ipsi similis est. Taceo, quod ad definitionem rectam assumptum fuisset ossis non ossium nomen. Hic quidem germanus Galeni fuerat sensus.

Dicam nunc pauca de proprietatibus seu passionibus ossis, & hæc Proprietates. quidem sunt in duplici differentia, aliæ naturales, & aliæ adventitiæ, quæ non naturales dici possunt, quod sæpè destruunt naturales.


Prima proprietas est durities pinguis, ut sebum concretum, quæ quidem pinguedo tum magis apparet cum os aridum sit vi aliqua ulceris aut morbi. Hæc omni, soli, & semper est. Secunda proprietas est albedo ex calore videlicet inducta, quemadmodum ex viridi ligno fit cinis. Hæc omni, & semper, sed non soli. Tertia proprietas est insensibilitas. Hæc neque omni, neque soli, sed semper. Non omni quidem, quia dentes sentiunt, non soli verò, quia neque cartilaginee sentiunt. Quartò sunt etiam fractuosa, & cava, vel omnino, vel ex aliqua parte; neque sine his anfractibus, vel cavernulis, quæ variæ ac variæ sunt, extat inter tot vel unum solum. Quintò gaudet crustâ quadam cartilagineâ ad partium extrema, ut in de usu part. cap. 18. Sextò vestiuntur periostrio, id est, circumossali membrana, quæ ubique quidem ipsa involvit, præterquam ubi superstruatur cartilago. Hæ proprietates seu passiones naturales Epilogus. cum exolvuntur, vi aliqua solvuntur: atque dehinc incipiunt non naturales denominari.

Cæterum ad formam ossium figura, superficies, cavitas, magnitudo, numerus, situs, pertinent.

Figura ossium varia est: in aliis triangula, ut in scapulis, in aliis quadrangula, ut in vertice, hoc cuneum repræsentat, hoc jugum boum.

Superficies ossium lævis in articulis ad horum agilitatem, aspera vero ad stabilitatem partium quæ adhæsuræ sunt ossibus. Ad cavitatem ossium attinent & foramina, quæ vel magna sunt ut in occipitio, & ossibus ilium, vel parva, ut in summo naso, vel mediocria, quæ venis arteriis, nervis transeuntibus patent. Istorum vero usus vel ad levitatem ut illa in ossibus ilium, vel ut egressum præbeant aliis partibus corporis, vel denique ad immisionem, emissionemque substantiæ extraneæ, qualia

lia sunt foramina ossis cujusdam cribriformis in summo naso, per quæ cerebrum odores & aerem attrahit, & mucos depellit. Situs, magnitudo, & numerus ossium commodius per partes singulas corporis explicari licebit.



CAP. III

De partibus ossium, & de quibusdam eorum appellationibus.

HActenus hæc de natura ossium universa: cæterum antequam alia pertractemus: Operæ prærium fuerit hic exponi partes singulas ossium, & varias, quæ his accidunt appellationes; quibus sic ordinatis, faciliores fuerint, quæ sequuntur. In fabrica ossium duo sunt spectanda, videlicet partes eorundem, & in se, dùm alterum alteri applicatur. Ossis pars omnis est triplex. Una inominata Veteribus, quæ corpus nobis dicitur ossis, pars eiusdem maxima, ac præcipua aliarum veluti truncus in medio sita.

Altera pars extremo ossis à natura agglutinata Epiphisis dicta Græcis, appendix verò, & additamentum Latinis, est quæ hæc autore Vesalio os alteri ossi adnatum, & peculiarem obtinens circumscriptionem, neque illius ossis, cui committitur vera portio.

Tertia pars est legitima ossis extremi supra communem æqualitatem eiusdem extuberans: est quæ hæc eodem Vesalio describente ossis pars nihil à suo osse differens, nisi quod tuberculi, seu gibbi instar ex osse procedit, quemadmodum ex arboris trunco radices, & rami extuberrare procedereque videntur.

Porro corpus ossis Anatomicorum ferè omnium consensu, omnium est durissimum, quod propugnaculi instar impetum injuriarum sustinere debuerat. Quamobrem Vesalius & Columbus in obtrectando concordantes Galenum accusant insolentia, qui in l. xi. de usu partium, c. xviii, professus fuerit appendicem ossis durissimam partem esse. Sed mira est, inquam, istorum calumniandi cupiditas erga summum & communem magistrum; quippe sententiam qualem ipsi proferunt, nusquam est reperire apud Gal. eodem cap. nisi quod dura, & densa, ut quæ assidue forent movenda, atque inter sese attrerenda, nulla verò facta ad duritiem ossis reliqui comparatur, nisi fortasse ad raritudinem, & laxitatem partis pumicolæ ossis, quam hesternâ die commemoravimus. Quare irritus est

est istorum adversum Galenum conatus, sed manifesta impostura. Addit tamen Columbus, quod neque hæc securitas appendicis à motu, & attritione perpetua est ab osse: quin potius à cartilagine. Sed Deus bone, neque hoc inficiatur Galenus, & nihilominus vult, omninò firmas esse appendices, ad sustinendos & motus & attractiones perpetuas tum cartilaginis, tum suâ ossis parte compactas.

Alia quoque est istorum erga Galenum contumelia. Nam ubi Gal. XI. de usu partium credidit excogitatus à natura appendicis, ut operculi vice essent, ad medullarem ossis partem tuendam; quasi verò, inquit Vesal. appendicum cavernulæ medullæ, aut succo ipsi prorsus simili destituerentur, ac non quamplurima ossa senibus, quibus medulla assuetis fibris non intertexta continetur carentia, appendicem adsciscerent. Exempla proponit hæc. Primum enim toti ossi ilium clivo, & toti infimæ sedi ossis coxendicis, & scapulæ, & vertebris dorsi, & processibus vertebrarum thoracis, & lumborum, & radici costarum appendices datæ sunt. Deinde, quam reliquit partem Vesalius memorabimus eidem & nos: nimirum quæ medulla non carent ossa appendice destitui, qualis Galeno etiam testificante maxilla est inferior: verum hæc atque alia quæcunque volet adversator Vesalius, nihilominus inanis est tota ejus oblatratio, si cum Fallopio primo Galeni discipulo respondeamus, Galenum illic locutum esse præcise de ossibus artuum, magnisque ossibus, quibus appendices sunt veluti opercula; cum non explicet facta (inquit Fallopius) primum ad hunc usum, vel secus: sed interim proferat simpliciter utilitatem: quasi diceret Fallopius magno cuique ossi contingere appendices, quatenus omni & semper non est, ut soli.

Hic igitur primus ex Galeno appendicum est usus; sequitur secundus, quem nescio quâ imprudentia arrogavit sibi l. 1. c. 2. Columbus, ratus fortasse aut fascinatorum se nos suis verbis, aut non lecturos nos esse Galeni commentarios. Certe Galenus (id adnotante doctissimo antecessore meo Ingrassia) l. 2. de usu partium c. 15. c. E. scripsit. Quin etiam ligamenta quædam membranosa, valida in appendicum locis orientia conjungunt, & constringunt circumplectentia totam articulationem in orbem: quasi diceret Galenus adnexas ossibus appendices, ut ex eâ conjunctione ligamenta possent, quæ articulos circumligant ac firmant, oriri.

Tertius usus Anatomicis posterioribus observatus est, ut ex appendicibus exurgerent ligamenta ad præcipuum musculorum exortum. Quem usum neque Galenus ignorasse videtur mihi, quum l. de bonitate, &

te, & vitio succorum tradiderit ligamenta ex ossibus initium habentia in musculorum capita distribui.

Sunt & alii præter hos usus à posterioribus præsertim ab Ingrasfia recensiti, quos ne superfluum sit prædictis adjungere, mitto vos ad Philippum comment. de oss. text. 6. Vnum non tacebo usum à Laurentio Hippocrati tributum volenti esse epiphyses, quasi ventres ossium, in quibus concoquatur osium alimentum, quod sensim in eorū cavernas percoletur. Hæc de appendicibus.

Cæterum processuum usus est ad partium quarundam musculorum præsertim exortus, & insertionis necessitatem cognoscitis. Vbi enim si ad hunc modum non essent ossa, nec ligamenta, nec musculi commodè nascerentur ex his. Præter hunc usum, est & alter, videlicet ut partibus quibusdam quasi sint propugnaculo, quod in vertebrarum & scapularum processibus observare licet.

Sunt autem & aliquæ processuum, & appendicum differentiæ, figuram varie capientes: nam si rotundo tubere promineat ossis extremum caput dicitur; siue quidem illa appendix sit siue processus. Si verò ex angusto exortu sensim grandescat cervicis in modum, cervix vocabitur. Atque hæc processus tantummodò tribuitur. Ubi verò in acutum desinat, *ασρόν* Græcis, nobis egestatu nominis aut acutus processus, aut corniculum appellare licebit: quod modò styli, modò anchoræ finium aduncorum, aliàs rostri corvini, alias mammarum capituli figuram exprimit. Hi verò processus, qui labrorum aut superciliorum ritu exculpi fuerint, labra aut supercilia nominari consueverunt.

Sed & caput duplex est. Alterum oblongum & celsum, quale est ossis femoris extremum: hoc absolute dicitur caput: alterum depressum & vix exurgens condylon appellatur. Jam infessus, & cavitatis modos in ossibus distinguamus. Cavitatis duplex: altera profunda, ut ossis ichii: hæc acetabulum nostris dicitur, *κατύλη* Græcis: altera superficialia, ut illa quæ cervicem maxillæ inferioris recipit: glene dicitur græco vocabulo non adhuc donata latino. Cuiusmodi verò sinus cum multis in locis corporis, cum in primâ cervicis vertebra apparent gemini excipientes capita secunda vertebræ. Hæc de processibus & sinibus respondentibus satis.

CAPVT IV.

De differentiis ossium.

Ut

UT methodo colligamus omnes ossium differentias, utemur Galeni præcepto, qui docet petendas esse ab iis quæ essentiam consequuntur, & ab iis, quæ accidunt.

Ossis essentiam, quæ nihil aliud est quam intemperies frigida & sicca, sequuntur qualitates tangibiles, quæ sunt durities, mollities, densitas, raritas. Accidentia verò sunt, magnitudo, figura, situs, motus, sensus &c.

A duritie igitur differentiæ erunt istæ. Alia sunt durissima, ut quæ lapidosa dicuntur, & dentes, alia mollia respectivè, ut Ethmoidea, & epiphyse, alia dura simpliciter, ut communiter omnia.

At verò cum magnitudo triplex sit, longa, lata, profunda, triplex ab illis differentia desumetur, alia longa, ut os fœmoris, alia brevia, ut ossa digitorum extremorum. Secundo alia lata & ampla, ut scapularum, ilium, & os sacrum, alia angusta, ut os fibulæ, processus styloides &c. Tertio alia crassa, ut os calcis & rotulæ seu patellæ, alia tenuia, ut ossa nasi.

A figura multæ sunt differentiæ: alia plana, ut dentes incisorii, alia rotunda, ut os frontis, quædam trilatera, ut os lambdoide comprehensum; quædam quadrilatera, ut os tali; Item quæ scapulæ, malleoli, incudis, stapedis, & cubiti similitudinem referunt.

Ad figuram quoque si meatus, lævitatem & asperitatem referas, ut multi solent: alia dices ossa solida, ut dentes, alia cavernosa, ut mandibula inferior. Rursus solida aut omnino sic apparent, & verè sunt, ut ossicula auris internæ, sesamoidea, &c. Alia quæ apparent tantum, & non sunt, ut vertebrae. A situ, alia anteriora, posteriora, superiora, inferiora. A connexu alia per musculos, alia per ligamenta, alia per cartilaginea neantur.

A motu, quædam moventur, ut in diarthrosi, quædam non moventur, ut in Synarthrosi, & quæ moventur, vel motu manifesto, vel obscuro.

A sensu, quædam sentiunt, ut dentes, quædam secus, ut cætera omnia.

A generationis ordine, quædam à principio perfecta, ut omnium ossicula, quædam imperfecta, ut capitis ossa.

A generatione, alia regenerantur, ut dentes, alia secus.

Rursus ossium alia differentia à processibus, ab appendicibus, cartilaginibus, cervicibus, capitibus soliditate, cavitatibus, superciliis, à consistentia, magnitudine, numero, figurâ, situ, & accidentibus aliis sumptæ, quas singulas voce non vacat enarrare, ne tempus quod abundè non est, abundè conteramus in his.

A cavitate quæ est differentia, hæc quidem à me enarrari non omit-
tetur; siquidem non omittere velim Galeni defensionem graviter ab in-
vidis anatomie novatoribus lacesciti; dum in l. de ossibus hæc proposuit:
ex ossibus quædam grandia & ampliter concava sunt ac medulla plena,
quædam parva ac solida, & sine medulla neque succi quicquam, quod
sensu dignosci queat, in se habent.

Nimirum hæc statim falso coarguit Vesalius nulli unquam dili-
gentiæ parcens, ut palmam Galeno præcipiat, dicens quod parva quæ-
dam ossa & cavitatem & medullam habent, ut ossa digitorum sive ma-
nuum sive pedum, & rursus alia quædam magna tum cavitatem tum me-
dulla carent, ut os ischii, tum medulla solum, licet non cavitatem, ut os
frontis. Hæc ferè Vesalius.

Objecta hæc auditores Osteologiæ cupidi & Galeni amici licet
aspectu primo probabilitatis aliquam speciem præ se ferre videantur; ni-
hilominus tamen nulla sunt veræ, ut triplex ad illa sit responsio: sive di-
visionem hanc Galeni ita accipiamus, ut trina partis utriusque membra
seorsum sibi, & quasi per parallelum respondeat; & hoc pacto triplex
etiam fiet divisio à magnitudine, à cavitatem à medulla desumenda ad hunc
modum; 1. ossa alia magna, alia parva: 2. alia cava, alia solida: 3. alia me-
dullofa, alia secus. Hanc dividendi rationem excogitavit Jacobus Syl-
vius studiosissimus, & primus omnium Galeni defensor, cui postea suf-
fragati sunt, & Laurentius & Riolanus Galli omnes disertissimi; qua ho-
rum ratione sic constante, cognoscitis aperte nullas reddi Vesalii calu-
umnias, sive hanc eandem divisionem accipiamus, quæ à suo auctore
proposita ac disposita est, sive secus.

Propterea aliam huic oppositam rationem excogitavit solertissimus
Fallopianus, qui comment. de ossibus cap. x. hac ingressus est via. Primò
statuit hanc à Galeno productam non tam esse divisionem quàm defini-
tionem, vel suprà divisionem collocatam definitionem ossium magno-
rum; veluti si pronunciaret Galenus ad hunc modum fere ex ossibus ea
sunt grandia, quæ cava & plena medulla, ea verò parva quæ solida & si-
ne medulla: Ex ossibus quædam sunt grandia, quædam parva, grandia
quidem, quæ cava sunt & plena medullæ; parva verò quæ solida sunt &
sine medulla; quasi grandia & parva sint prædicatum, cætera quæ utriq;
adnectuntur, subiectum. 2. statuit magna non dici ea solum ossa, quod
in communem rerum omnium dimensionem longitudinis, latitudinis,
crassitudinis tollantur, sed dici etiamnum magna præcise propter id quod
cavitatem amplam & medullam plurimam habent; ex adverso parva
dici quòd aut cavitatem aut medulla non abundant. Sic igitur magna
erunt

erunt ossa artuum principum; parva verò ut ossa carpi aliàs brachialis dicti, ossa sesamoidea, ac dentes. Cætera omnia quæ præter hæc genera sunt, media.

Itaque cum objicit adversarius ossa digitorum esse parva, negat continuo Fallopius, & si enim sint mole parva, nihilominus quia supersunt his conditiones magni, vel non desunt omnino; propterea dicentur media. Cumque objiciet rursus ille, ossa scapularum & coxendicis esse magna; negabit & hoc Fallopius quandoquidem desunt his & cavitatis amplæ & medullæ copiosæ conditiones; quamobrem dicit esse media.

Horum autem ossium quantitate mediocrium, ne mirum quidem est, quod autor hujus libelli non meminerit, studio scilicet brevitatis, atque compendii. At his auditis, statim mirabitur quispiam, dicens, unde nuper Galeno studium brevitatis, qui ob profusam dicendi ubertatem Asiaticè loqui dictus est iudicio medicorum omnium. Sed hæc nihili habentur. Nam Galeno dicendi genus erat duplex diexodicum & synopticum, hoc concisum, illud profusum est; certè diexodico genere ut, sus est Galenus ferè perpetuò solùm in arte parva, in arte therapeutica ad Glauconem, in synopsi, de pulsibus, & denique in hoc de ossibus ad tyrones.

Hanc Fallopii intentionem non approbavit Laurentius l. 2. quæst. 4. nequaquam patiens; ossa scapularum & Ischii magna negari, cum quo vacillat & Riolanus, certè ambo Sylvium sequentes. Verùm ne dubitent boni viri, Ischii & scapularum ossa magna esse negate, quandoquidem ossa Ischii constata ex tribus segmentis sunt, ut norunt omnes: ossa verò scapularum præterquam quòd gracilia sunt, neque mole sunt magna. Magna ossa meà quidem sententià intelligenda sunt, quæ in omnibus æquè speciebus animantium sunt magna; Ischii verò in plerisque, & in simia etiam sunt exigua. Confirmatur verò per me dicta Fallopii opinio ex postremis Galeni verbis in dicto textu, quæ sunt: Nullamque sensibilem habent cavitatem. Per hæc enim fit perspicuum, exclusa ossa media, quando hæc sensibilem habent cavitatem.

Hactenus hæc quidem fuere clarissimorum virorum pro Galeno defensiones, ac rationes. Cæterum non dubitabo equidem, ut meas proponere possas in una distinctione medullæ atque cavitatis: elicitorum est scriptis ejusdem Gal. sicut intelligetis. Postea quam rem antequàm fecerim, sciendum est de nutritione ossis extare Galeni contradictionem; namque in hoc lib. & lib. xi. de usu partium, c. 18. quædam ossa statuere videtur non nutriri, cum eadem cavitare & medulla faciat carentia; aliàs vero in l. 3. de natural. facult. cap. xv. tradit ossa omnia nutriri, si-

Instantia.

Responsio.

De Fallopii interpretatione iudicium. Confirmatur Laurentius & Riolanus.

Magna quæ verè ossa.

Opinionis Fallopii confirmatio.

Interpretatio nostra. Contradictio Galeni.

Conciliatio quidem hic, quo nutriantur, inquit, ossa numerosa, quæ intercedat, mutatione indigent, estque qualis carnibus sanguis, talis ossibus medulla, quæ binorum locorum contradictio putata est non levis, sed conciliatur: namque ex eo ipso loco de natur. facult. duplex est concavitas, altera intercisæ & foraminulenta, quæ disiectam ac discissam in partes habent medullam; altera quæ quodam quasi cubulo sive fistula producta collocatam in se ipsa continent medullam.

Duplex medullæ forma.

Hæc concavitas quia duplex est forma, adhuc duplex est forma medullæ, quæ & prædictos duos cavitatis apparatus continenter sequitur. Namque altera est acervata, & longo quasi funiculo protenta, colore alba, substantiâ crassa & pinguis: hæc verè & propriè medulla dicitur, quam Galenus & hoc lib. & xi. de usu partium inesse magnis ossibus tradidit: altera vero communiter & æquivocè dicta sponciformibus ossium cavernulis intercepta, succus est verius quam medulla, quam dicto 3. de natur. facult. expressit. Nunc igitur ad Vesaliū: cum obijcit ossa parva gaudere cavitare, gaudere medulla, concedimus, cavitare sponciformi negamus, fistulari, medullari vero succo, non medullâ.

Ad Vesaliū responso.

Quantum ad os Ischii.

Magnitudo Hippocrati quæ?

Rursus autem cum obijcitur, ossa Ischii alioquin magna neque cavitatem neque medullam habere; Respondeo, magnitudinem ossium Galeno accipi secundum longitudinem & rectitudinem corporis, non secundum latitudinem, quod corpus Hippocrati & omnibus ex longitudine magnum dicitur, aphor. ult. l. 2. Magnitudo corporis inventæ quidem neque indecens neque illiberalis: senectæ verò inutiles, & deterior parvitate. Porro magnitudinem Galenus expresse interpretatur longitudinem corporis. Sed Hippocrates, quod magis mirum est, non magnitudinem, & parvitatem: sed magnitudines, & parvitates dixit in græca literatura, & quod præterea summum esse non corporum, sed corporis quasi innueret de ossium propriis magnitudinibus, & parvitatibus: hæ enim ipsæ sunt, quæ magnitudinem aut parvitatem assignant, efficiuntque corpori, ut & lib. de ossib. pronunciatum ab eo diximus antea. Qua autem ratione de universo corpore, ita & de partibus ejusdem pronunciarī solitum est: nam manum dicimus grandem, & pedem grandem, quæ sola longitudine excedant.

Similiter & in genere vegetantium arbore truncum habente humilem licet crassiore, ramos verò longè protensos: hos quidem magnos vocamus, truncum non ita. Hæc autem cum ita se habeant omnia, constare utique potest, ossa Ischii non videri magna, præsertim absolute, verum absolute magna esse artuum. Sic enim & radius, & suram magna esse statuit Galenus. Sic igitur equidem Galenum interpretor. Satis de his.

CAP

CAPVT V.

De compositione & Syntaxi ossium.

Pervenimus jam Deo duce ad præcipuam & maximam Osteologiæ partem, de Syntaxi ossium inscriptam; quæ contemplationis nostræ de his universim traditæ, ut est ordine postrema, ita sanè intentione ac dignitate est prima.

Ita ad hanc rem processere nonnulla, quot, & quæ dictata per nos exceperitis. Quam rem quidem si pari dexteritate, si quâ decet ratione ac iudicio exequuti fuerimus, existimate auditores, negotium ex tota anatomie difficilissimum absolvisse provinciamque magnorû virorum humeris formidabilem sustinuisse.

Exegesis.

Hic enim primus Hippocratis fuit labor: hoc novum, quod per Sceleron æneum Apollini Delphico dicavit. Hæc Galeni ad Alexandriam usque peregrinati prima & propria fuit occupatio. Huc posteriorum adversus veteres confertæ acies: huc propugnatorum adversitur amica classis. Insidiæ, clades, victoriæ nunc speratæ, nunc habitæ undique per hunc casum visuntur, & decernuntur. Adeste animis dum rem expono.

Est homo (sicut & Galenus toto ferè opere de usu part. & omnes cum eo tùm priores, tùm posteriores philosophi censuere) animal præ cæteris sapientissimum, sive, ut lib. de Natura Deorum explicat Cicero, plenum rationis atque consilij. Quæ ratio Galeno autore lib. 1. eiusdem operis ca. 4. est ars ante artes. Quamobrem hominis corpus sive vivens, vitâ cassum quatenus ab Anatomico consideratur, quum organicum est ex verbo Philosophi lib. 2. de anima, sic est instrumentum animæ instigantis, & commoventis ad proprias homini functiones. Instrumentum autem omne cum sit ad motum, hic profectò sub contemplationis anatomicæ finibus, localis sit oportet: abjectis scilicet cæteris motus generibus, quæ ad Philosophos pertinent. Verum quia localis motus communis est & brutis: propterea voluntarius est homini præscribendus: qui & rationalis, artificiosusque aliàs dici poterit. Hæc porro nobis formalis ratio ponitur, sub qua spectatur ab anatomico corpus hominis. Eò igitur pulchriori atque exornatiori, quàm & cætera animantia donandum erat opificis tùm parvum quidem omnium, tùm maximè ossium, quæ singularum firmamenta erant futura. Igitur tùm ob localis motus causam, tum etiã ob prædictam super belluas præstantiam gaudere numerosissima, & omnibus numeris absolutissima ossium conformatione debebat homo.

Quomodo enim aliter sedere, aut rectus stare, in sublime ascendere, descendereve; equitare, bellari, musicâ tam multa pulsare, scribere, texere, digladiari, luctari, in numerum saltare, & tam varia ludicrorum genera exercere posset unus homo, nisi tam multiplici varietate, & numero ossium constaret? sic in immensum si quis attentè adverterit, crescer ossium admiratio. Neque hic recenseo diopatheiam, id est, munitum ossium, ut uno scilicet fracto cætera non læderentur; non fumidorum transpirationem; non partium discriminationem, non vasorum ingressum, egressumque commemoro; propter quæ & multa & varia ossa requirerantur. Satis licet cognoscere cum tam multa sint, quot dixi. adhuc ex tam magno numero sic connecti ossa, ut unum esse omnia videantur in unam quasi sceleti formam, siue quidem ea continua sint siue contigua. Vbi verò contigua sunt, bifariam componi dicuntur: nunc κατὰ ἀρθρον græcè, hoc est, per cardinem ossium, (vulgò dicimus per articulum) nunc verò per coalitum, qui græcè symphysis dicitur. Est autem per articulum jungi, siue articulatio nū aliud quàm naturalis ossiū structura, in quâ duorum ossium extrema mutuò respondentia sese tangunt. Contra symphysis est naturalis ossium unio, per quam ossa quæ duo erant continuantur. Itaque differunt in eo symphysis & articulus siue articulatio, quæ tota articulationis natura in extremorum contractu sita est: symphyseos verò natura in continuitate.

De articulationis duar species.
De articulatione laxa.

Hæc quidem duo prima & summa compositionis ossium sunt genera. Sed articulationis duæ sunt species. Altera quæ laxa est duorum extremorum ossium occurratio: propterea diarthrosis Græcis est dicta: nomen enim διὰ abiunctionem & laxitatem quandam hæc vocum compositione significat.

De articulatione adstricta.
Etymon.

Alteram verò quæ coherens, & adstricta est aded, ut nulla sit intercapedo, quare & synarthrosis huic nomen est. Illud σύν enim latinè cum, aut con græca præpositio arctitudinis, colligationis, & adhæsus firmioris est nota. Vt syncategorema, si diceret, aut symphoreia, syndrome, &c. Est ergo diarthrosis Galeno lib. de ossibus articulorum, seu commissura naturalis inter se motum evidentem habentium. Vel ut definit Gorræus lib. definit. med. est ossium connexio omninò laxior, sic ut evidens, facilis, magnusque motus sit: cuiusmodi in brachiis, manibus, pedibus habetur.

Synarthrosis obscurum motum.
De arthro-
sis & synar

Synarthrosis verò (eodem definiente Galeno) est articulatio ossium, quæ nec validè, nec manifestè, sed obscurè & difficulter movetur. Porro hic præmonendi videntur auditores mei, alias diarthroseos, & synarthroseos acceptiones generatim aliquando positas esse Galeno

nūm lib. de usu partium, tūm in comment. in libros Hippocratis pro omni appellatio-
videlicet ossium compositione ad motum voluntarium comparatā. nes gene-
rales.

Item illud sciri volo, hanc eandem articulationis speciem ab Hippo-
crate dici pro sarthrosi adnotante Gorraeo, ac Sylvio. Deinde diarthro-
seos species sunt tres. Enarthrosis, arthrodia, ginglymos.

Sed enarthrosis est, cūm cavitas articulum recipiens admodū
profunda est, caputque quod in eam inseritur oblongum. Eius pauca
sunt exempla, ut cruris cum ischio, & fortasse tali cum osse scaphoide.
Ita Gorraeus ex Galeno.

Arthrodia est diarthrosis, in qua ossis cavitas articulum excipiens Arthrodia.
superficialia est, caputque quod in eam inseritur humile atque depres-
sum: ut in occipite, cūm prima colli vertebra in genæ inferna cum osse
lythoide. Gorraeus ex Galeno.

Ginglymos est diarthrosis, per quam ossa sese invicem ingredientia Ginglymos:
ita secum conjunguntur, ut unius caput in alterius cavitatem recondan- Similis gin-
tur, & vicissim huius caput in illius sinum excipiat. Est enim hæc glymos car-
diarthrosis plerisque ostiorum cardinibus similis, in quibus ferramenti dinibus.
utriusque (quod à Græcis propriè ginglymos appellatur) tūm eius quod
parieti infixum est, tūm alterius quod ostio adhæret, pectinis mutuo im-
plexu sese subeunt. Plura autem ossa in corpore ginglymo cōnectuntur,
ut cubitus cum brachio, crus cum tibia, tibia cum osse tali, talus cum cal-
ce. Vertebrae similiter, quamquam, ut Galenus ait, in his quædam sit
differentia, ut suo nos loco exponemus.

Sequuntur species Synarthroseos. Prima sutura sic dicta, quoniam Species
est ossium compositio quædam consutis pannis similis, quæ in capitis os. Synarthro-
sibus visitur, & hæc duplex est, ut suo loco de capitis ossibus explica- seos prima
bimus. sutura.

Altera Gomphosis sic dicta, quod os ossi clavi modo infigitur: Hæc Gompho-
ferè dentium est propria. Dixique ferè, nam vult Gorraeus per gom- sis.
phosin quoque juncta quædam ossa dici posse in carpo, metacarpio, tar-
so, pedio, & aliis quibusdam partibus. Synarthrosis enarthrosi & ar-
throdia similes. sola motuum magnitudine ab ea differentes.

Tertia Harmonia ossium est compositio secundū lineam simpli-
cem, tūm & rectam Gorraeo: obliquam etiam & circularem Laurentio.

Dicitur autem harmonia à verbo græco ἁρμόνισεν hoc capite cohæ- Harmonia
rere, coagmentari. Enimvero mirum est quomodo tam simplici os- secundum
sium compositione nihilominus coaptata & firma maneant duo ossa: lineam cō-
quamobrem & translato vocabulo dictæ sunt harmoniæ etiam futuræ positio.
Galeno autore ad finem comm. 3. in l. Hippocrat. de offic. Medic. Jungun-
tur

tur autem per harmoniam maxillæ superioris ossa, pars occipitis infima, ossa nasi, carpi, tarsi &c.

Symphysis
unio natu-
ralis.

Adhuc Symphysis genus alterum subalternum compositionis ossium, dicta hæc est naturalis ossium unio propter fracturas ossium, quæ eum inducto callo coaluerint, haud secundum naturam unita dicuntur, similiter & luxata sive parum sive omnino. Hujus duæ sunt differentia. Nam aliqua ossa sibi invicem connascuntur: alia materiæ alterius interventu. Quæ enim fungosiora mollioraque sunt, mutuo inter se coalescunt, sicciora vero & duriora aliorum interventu.

Symphysis
species.

Rursus eorum quæ per alia coalescunt tres sunt differentia, Synchondrosis, synneurosis, syssarcosis. Synchondrosis quidem est ossium siccorum durorumque symphysis per cartilaginem. Sic pubis ossa cartilaginis interventu connectuntur, & ossa medii pectoris primis annis: ætatis namque progressu ea per quam uniuntur cartilago, ossis in modum indurescit. Similiter & ossium appendices in pueritia cum suis ossibus connascuntur glutinatorum cartilaginum beneficio.

Synneurosis est siccorum durorumque ossium coalitus nervorum beneficio. Nervos autem intelligere oportet non veros: siquidem nulla ossa istorum interventu coalescunt, sed tendines, ligamenta, & alia nervosa, membranosaque corpora. Nam & tendones, qui nervi etiam nomine continentur, sæpè ad articulos dilarati ipsos firmant, ligamenta quoque nervosa tibiam cruri, & crus ischio firmissimè alligantur.

Syssarcosis est duorum siccorumque ossium coalitus carnis interjectu. Hujus exemplum nullum, ut & synneuroseos, unquam se reperisse Fallopius ingenuè pronuncia vit diffusus Galenicæ partitioni: quam obrem Galenum deferens, adhæsit Vesalio, qui similiter hæc duo portio- nis membra negaverat. Sed ne pro levi re clypeum mutes Fallopi. Si- quidem enim ad dentes gingivarum tollis syssarcosin, quarum laxitate sunt isti mobiles, adstrictione stabiles: at quomodo non meminisse ossis hyoidis & scapularum, quæ non alia planè ratione, quàm per Syssarco- sin agglutinantur corpori?

Per carniem enim colligatum musculos intellexit Galenus, carnes appellaverat Hippocrates 2. de carnibus. Pari autem ratione cum ner- vorum inficia: ur coalitum, ligamentales intelligit Galenus distinctione propositâ, quod alij à cerebro nervi oriuntur voluntarii cognominatio- nis, alij à musculis tendines, alij ab ossibus copulæ appellati.

Hæ universæ syntaxeos ossium Galeni fuere partitiones. Cæterum quæ semper magna adversus hunc fuit invidorum Anatomicorum insul- tatio: in hac quidem r. fuit singularis maxima. Quippe hinc illius

exercet

exercet Vesalius, hinc Columbus & qui utrisque succenturiuntur etiam, non desunt.

Certè Vesalius Galenum in proposita articulationis divisione sic arguit, primò quidem contradictionis; siquidem synarthrosin definiens dixerat articulationem hanc esse ossium, quæ obscurum & difficilem haberent motum: mox verò huic generi sic definito substituit species, quæ cum nullo unquam sunt motu: futura inquam gomphosi harmonica. Hæc quæ ad synarthrosin.

Quod verò ad symphyisin; Galenum insinuat falsi, quòd scripserit ossa mollia & fungosa præter medium uniri; sicca autem & dura ut uniantur opus habere. Contrà enim obijcit Vesalius, ossa pubis & maxillæ pueris certè sunt mollia, attamen cartilagine intercedente coalescunt. Grandioribus verò natu & senioribus, cum duratæ per siccitatem sint tum cartilagine, tum ossa, nihilominus absque medio coalescunt. Adhuc negat constanter Vesalius uniri aliquandò ossa per cartilaginem, uniri per carnem.

Quas ob causas cum non placeat Galeni partitio, novam commētus est Vesalius perperam à Galenica concussam transformatamque, dicens, ossium structura vel cum motu est, diarthrosis dicta: vel sine motu synarthrosis appellata. Diarthrosis duplex; altera cum motu evidenti: cuius species sunt enarthrosis, arthrodia, ginglymos, vel cum motu obscuro, cuius totidem sunt & similes species, enarthrosis, artherodia ginglymos. Synarthroseos quatuor sunt species: futura, gomphosis, armonia, symphysis. In his autem speciebus omnibus committuntur ossa vel sine medio cum mollia sunt & fungosa, vel medio quodam interveniente, quod est cartilago, ligamentum, caro. Hæc Vesalii fuit partitio, (si Diis placeat) Galenica probatior atque præstantior. Differens tamen à Galeno in his, &c.

Quæ tamen Vesalii sententia, ut & æmulatorum mos neque Columbo placuit: quin hanc, & Galeni alteram pariter evertere conatus est. Galenicam quidem tum propter à Vesasio productas causas contradictionis in synarthrosi, tum quòd in symphyisi nonnulla contendat esse à vero dissentanea, denique quod vel manca & mutila sit eiusdem divisio, vel perversa. Quum enim, inquit, articuli omnes ligamentorū ope uniantur, vel hunc, Galene, modum unionis omisisti, vel ad symphyisin retulisti: refertur autem ad symphyisin ea quæ sunt articuli non possunt: quia articulus & symphysis sunt contraria. Ergò.

Adhuc asseruisti, fungosa & mollia nullius rei interventu connecti: at nos aperte videmus, ossa, quæ sternum & quæ sacrum constituunt fungosa cæteroquin & mollia per cartilaginem uniri. Ergò

Præterea in lib. introductorio medicinæ maxillæ superioris unionem sub symphysis posuisti : in lib. verò de ossibus ad armoniam retulisti: igitur aut tibi met ipsi contradixisti, aut artis tuæ vocabula cōfudisti.

Ad summam variæ sunt articulationis species, quæ nec ad diarthrosin tuam, Galene, nec ad synarthrosin abs te traditam referri queant. Etenim costarum ad vertebra carpi, & pedii osium articulationis est te autore diarthrosis; siquidem haud manifestus est eorundem motus: non etiam synarthrosis, quandoquidem non per suturam, non per gomphosin, neque per harmoniam articulantur. Ergò.

Itaque re hac sic adversus Galenum composita, visus est sibi Columbus triumphare posse, si novam ipse Syntaxeos rationem comminisceretur. Commentus est autem hanc à Galenica detortam ad hunc modum. Compositionis osium duplex est ratio. Articulus, Symphysis. Articuli duplex genus, diarthrosis synarthrosis. Diarthrosis tres sunt species: Enarthrosis, arthrodia, ginglymos: eadem item numero pares sunt & synarthrosis: nisi quod hæ cum motu sunt obscuro, illæ verò cū manifesto. Sed symphysis tres sunt formæ: sutura, gomphosis, harmonia. Committuntur autem omnia invicem ossa synchondrosi, sylvarcosi, syndesmiosi, hoc est coalitu cartilagineo, carneo, ligamentali.

Hæc Columbi fuit nova osium coordinatio, à Vesaliana differens in eo, quòd Vesalius diarthrosis genus alterum fecit cum motu manifesto, alterum cum obscuro: Synarthrosin verò omnem prorsus motus expertem. Sic suturam, gomphosin, harmoniam, symphysin immobiles quatuor species descripsit. Ex adverso Columbus diarthrosin unicū genus posuit cum motu manifesto: Synarthrosin verò genus earū quæ cum motu obscuro sunt articulationes. Adhuc symphysin Columbus genus fecit ad immobiles tres compositiones, quàm Vesalius fecerat speciem unam ex quatuor immobilibus. Postremò nullam sine medio corpore conjunctionem osium fecit Columbus, sicut fieri quampiam voluit Vesalius. Ita sunt scilicet isti homines in oppugnanda veritate concordēs, neque concordēs tamen in proponendo falso. Quem quidem istorum errorem, tempus est ut jam detegamus, ut hac re confectâ, commodè in Galeni defensionem deveniamus. Interim enim tanta visa sunt hæc objecta plerisque, ut L. Fuchsius Galeni vindex amicusque in omnibus fidelis, deseruerit in hac re facilè; ad excusationem autem levitatis hoc producit, quod liber is non sit Galeni, aut si sit quidem, in multis appareat corruptus. Fallopius, qui & ipse studiosus fuit Galeni, in huius symphysis offensus est comment. de ossibus: in lib. verò observat. non nihil ab eo circa hæc dissentit. Alii dentque dixere curiosum vocabulorum.

lorum studium non fuisse apud veteres in explicandis articulis, æque li-
tes & controversias illas de nominibus aspernatos esse. Nihilominus ne
videantur hæc diffugia potiùs, quàm vera & legitima defensionis argu-
menta, monstrabo equidem perspicier, & quàm clarissimè solidissimè
esse Galeni doctrinam, sibi què & vero maxime consentaneam: contrà
verò futilia duorum excogitata & inanes calumnias ergà præceptorem
Galenum.

Riolanus
anthropo-
log. 617.

Primùm enim Vesalius, qui tantus animadversor fuit Galeni, ne-
que animadvertit ipse articulationis se naturam ignorare, dùm articu-
lationes vehementer adactas strictasque ut exiguum subsit ad motum
spacium, quales sunt articulationes tarsi, carpi, costarum, ad diarthrosin
refert: cum vel ipsum nomen diarthrosis refragetur, quòd laxam tantùm
articulationem denotet per illud *di* quod separationis & abiunctionis
est nota: at in ossibus carpi, tarsi què, & costarum non laxa, sed stricta est
articulo aded, ut obscurissimus sit eorundem motus. Deinde magis in
symphyssi falsus est, dùm hanc ad synarthrosin refert; quæ duo etiam at-
que etiam diversa sunt atque longinqua. Est què symphysis eorum
quæ contiguitatem habent; contrà synarthrosis eorum quæ contiguita-
tem, non continuitatem. Itaque Vesalia ruditate nulla maior: nam
quæ maior est ignoratio quàm nominum, vocum què artis?

Post Vesalium venit & alter argutator coarguendus Columbus,
non tam quàm coluber trilinguis: qui nequicquam sapere deprehendi-
tur, dùm legitima & recta damnans, falsa & absurda proponit. Falsum
quippe est articulationis omnem naturam in motu consistere: id enim
statuere videtur hic homo, dum illam in partem unam evidenter mobi-
lem, & in alteram nullo motu participem dirimit. Profecto scire debu-
erat subtilis homo id tantum ad articulationis naturam spectare, ut ossi-
um extrema structuræ quodam ingressu congressuque forent distincta;
sivè motus interveniret, sivè secus. Id enim verè sonat *arthron* græcè
nobis articulus. Quod autem Galenus diarthrosi & synarthrosi motus
hos aut illos tribuerit, id fecit, ut commodè distingueret easdem articu-
lationes per propria quædam accidentia, quæ magis minusque partici-
parentur ab his. Et quod majoris momenti est, hi motus redundantes
deficientesve neque ab extremorum ossium conformatione dependent:
sed à laxitate pressuque eorundem extremorum. Quamobrem intelli-
git jam aliam esse articulationis rationem essentialem, aliam motus cir-
cumstantias in articulatione ipsa; Columbum errasse, qui motum præ-
cise attendit in articulorum conjunctione, non conjunctionem ipsam.

O quam bene articulationem utramque expressit Hippocrates, cum 2. de articulis ait: maxilla immota manet, quia *συναρθρώται*, non autem *διαρθρώται*, hoc est, stricta urgetur commissura non laxa. Immobilitatem quippe & motum post structuram consideravit. Rursus fallitur Columbus in symphysis, quod hanc genus facit suturæ, gomphoseos, armoniæ. Porro symphysis (quod & nomen sonat) unitas quædam & coalitus duorum ossium, quem coalitum utique non obtinent sutura, aut gomphosis, aut harmonia; sed solam compositionem atque adhaesum. Præterea Symphysin non rectè privat motu, cum synneurosis in laxa articulatione frequens sit. Vide Laurent. l. 2. q. 7.

Jam igitur opinionibus confutatis: reliquum est, ut ea quæ adversus Galenum obijciunt, diluamus, confirmemusque eos, qui in hac Galeni doctrina titubarunt, hæsitaveruntque. Primò enim quod ad Symphysin pertinet, nulla sunt tum quæ Vesalius, & cum eo Fallopius, tum quæ Columbus producebat. Exempla enim specierum symphysis, quæ Bruxellensis & Mutinensis dicebant sibi incomperta esse, nos istis exposuimus: quamquam ubi mens Vesalio aberat, qui synneurosin & syssarosin inficiatus, has postea dissimulare in sua syntaxi ossium non potuit. Cui cum arguit, ossa senum sicca & dura sine medio coalescere, negare vos statim, hunc dici coalitum, sed arctam & pressam duorum intrusionem, ut duorum lignorum apta junctura, quæ forti compressu non appareat. Tamen neget Ingrassias de ossibus numero 21. esse sine medio. Adhuc autem cum obijcit Columbus, ossa puerorum alioquin mollia cartilaginis interventu coalescere pubis scilicet & maxillæ. Respondete, Galenum ossa conferre inter se, etsi enim ossa puerorum omnia sint mollia, nihilominus sunt alia aliis molliora aut sicciora, atque hæc medio indigent, illa secus. Quod vero ad ossis sterni & sacri Synchondrosin sive virorum sive puerorum objectam à Vesalio, Respondete cum Riolo cap. de symphysis Galenum agere de ossibus adultorum, in quibus ossa quæ in pueritia erant divisa, coaluerunt non apparente medio oblitterato, quod imaginari tamen oportet.

Quod ad articulationem verò, sciendum est compositionis ossium varias differentias aliis autoribus sumptas à varietate motus: aliis à varietate structuræ: aliis à varietate connexionis. Hanc sequutus est Avicenna, cum scripsit, alia ossa habere compositionem laxam, in qua scilicet est motus evidens; alia stricta, in qua nullus; alia media, in qua obscurus. Galenus vero compositionem ossium discrevit tum penes motum, tum penes structuræ varietatem: licet compositionis ossium legitimæ differentia potius à structura, quam à motu sint desumenda: tum quia

quia figura vera est compositionis differentia, tum quia morus est consequens. His ergo præmissis, dico, absolutissimam esse Galeni traditionem hanc: & quum est in synarthrosi omnis controversia, dico & hanc rectà à Galenio propositam esse. Nam si acutè spectemus, sunt synarthrosis binæ à Galenio propositæ differentiæ. Prima synarthrosis quædam obscurum habet motum, cuius totidem cum diarthrosi sunt species; enarthrosis, arthrodia, ginglymos: secunda, quæ nullum habet motum, cuius tres sunt species; futura, gomphosis, harmonia. Hanc autem Galeni sententiam esse ostenditur tum rationibus, tum ejusdem autoritatibus. Ratione quidem: nam cum compositiones ossium differant vel per motum, vel per structuræ varietatem, si synarthrosis à diarthrosi non differt nisi motus quantitate, ut Galenus tradidit initio lib. de ossibus, & lib. de dissect. muscul. c. 22, sub F. & cap. 13, l. de ossibus: ergo signum est, apud Galenum structuram eandem utriusque generis esse: sed diarthrosis structura est enarthrosis, arthrodia, & ginglymos: ergo & synarthrosis eadem erunt.

Ab auctoritatibus vero & exemplis Galeni probatur, quia c. 13, l. de ossibus Galenus in synarthrosi arthrodiam describit, dicens: singulæ costarum cartilagine in tuberculum, desinentes in singulorum pectoris ossium glenem committuntur: & l. de usu partium c. 8, loquens de compositione carpi cum metacarpi ossibus, dicit. Quatuor in hac parte videbis cavitates parvas ordine sibi invicem succedentes meta carpi ossibus, quo in loco arthrodia synarthrosis describitur. Similiter cum 24, cap. lib. de ossibus, de tali osse loquens, anteriores ejusdem partes per rotundum caput ex oblonga cervice enatū, connecti cum scapheide quod cavum est, quæso vos, quid hoc est aliud, quàm enarthrosis synarthrosis. Denique ginglymum in synarthrosi reperiri facile apparet in malleo cum incude ossiculis meatus auditorii. Hæc, dicetis, vera sunt: at quando tamén Galenus has tacuit synarthrosis differentias obscurum habentes motum? Respondeo brevitatibus & compendiigratia in lib. alioquin ad memoriam confecto pro tyronibus, quippe eo præmonito quod diarthrosis & synarthrosis quantitate motus differunt: promptum erat intelligi, si motu tantum differunt, structuram habere eandem. Veluti si dixerō, statua hæc plastica non differt ab illa marmorea, nisi in materia, argumento erit esse ejusdem opificii utramque. Vel dic cum Ingrassia, mutilum esse textum Galeni. Hæc & alia plurima possem pro hac re demonstranda producere: verum his contentus, quæ satis superque sunt, cætera mitto libenter studio brevitatibus. Interim quæ Vesalii vanitas, quæ Columbi garrulitas, videtis, simulque & quomodo tum horum fri-

volis objectis satisfacere, tum aliis plurimis possitis. Denique quam
leves fuerint Fallopius, Fuchsius, Valverdu, & alii qui facile Galenum
in hacre deseruere. Ingeniosissimos homines Philippum Ingrassiam, e-
jus auditorem Julium Jafolinum præceptorem postea meum, & Hiero-
nymum Fabricium ab Aqua pendente: qui veritatem hanc in Ga-
leno perspicuè cognoscere, ac defendere potuerunt:
quorum scripta legite.

DEO SIT HONOR.

Finis Disputationum de Ossibus 14. Janu-
arii, 1623.

VESALIUS.

Coniunguntur ossa omnia.

Cum motu.

Sine motu.

Diarthr.

Synarthr.

2.

4.

Cum manifestar. Arth. Ging.

Sut. Gomph. Harm. Symph.

Cum obscuro enar. Arth. Ging.

Coniunguntur autem medio, sine medio, &c.

COLVMBVS.

C. O. O.

Cum motu.

Sine motu.

2.

Symphisis.

Diarthr. Synarthr.

Sutura Gomphosis

Viriusq.

Harmonia.

Enar. Arch. Gingl.

Coniunguntur autem medio, &c.

Index

Index rerum notabilium, cuius primus nume-
rus dicit Epidocham, alter paginam,
tertius paragraphum.

E pidocba prima,	p. 3: 5. 1.	Aristotelis verba expediuntur	1, 12. 5.
Insinuatio	1, 3. 1	Hipp. argumenta examinantur,	ibid.
Hippocratis & Platonis de aqua pericardii sententia	1, 3. 1.	An aqua sub tunica pericardii ex insituito sit natura,	1, 13. 6.
Aggressus ad consutationem	1, 3. 2.	De causa finali aquae pericardii,	1, 13. 7.
Adversus Platonē Erasistrati firmamentum Macrobiani verbis recitantur	1, 4. 2	Varia de aqua pericardii sententia recensentur,	ibid.
Erasistratae probationis secundum Macrobianum confirmatio	1, 4. 3	Ufus pericardii aqua ex Bartholinis recitata	1, 14. 7.
Posui quomodo tardioris & celerioris digestionis causa	1, 5. 3	Opiniones aliae recitatae,	ibid.
Nostri contra Plat. disputatio	1, 5. 4	De usu aquae pericardii ex nostra sententia	1, 14. 7.
Occurrunt & responsa ad argumenta Platonis	1, 5. 4	Curius adhuc de materia scatebris & vii aqua huc perducta pericardii,	1, 15. 8.
Locus Aristotelis de pulmone expenditur	1, 6. 4	Sententia nostra ab humorum similitudine comprobatio,	1, 16. 8.
Hippocr. unde hauserit hanc sententiam,	1, 6. 4	Idem ab experientia	1, 16. 8.
Calculorum materia	1, 7. 4	Ad instantiam occurrit	1, 17. 8.
Isolani circa hac lapsus notatur	1, 8. 4	De natura veterum sententia	ibid.
Consutatio nostra à materia, 1, 8. 5. à fine, 1, 8. 5. à formis medularum, à vomica delapsu in asperam arteriam, 1, 9. 5. à crebro tussendi, 1, 10. 5. ab acidorum assumptis, ibid. à natura irriti labore, 1, 10. 5. à providentia natura. Ibid. ab officio pulmonis praeparandi aerem frigidiorum, 1, 10. 5. à bronchiis piscium, 1, 11. 5. à natura consilio & exemplo manifesto, 1, 11. 5. à negata via de bronchiis ad pericardium, ibid.	1, 8. 5. à fine, 1, 8. 5. à formis medularum, à vomica delapsu in asperam arteriam, 1, 9. 5. à crebro tussendi, 1, 10. 5. ab acidorum assumptis, ibid. à natura irriti labore, 1, 10. 5. à providentia natura. Ibid. ab officio pulmonis praeparandi aerem frigidiorum, 1, 10. 5. à bronchiis piscium, 1, 11. 5. à natura consilio & exemplo manifesto, 1, 11. 5. à negata via de bronchiis ad pericardium, ibid.	Duo proponuntur theorematum,	1, 18. 8.
		Aqua pericardii non sit ex resolutione & partium interitu	ibid.
		Uxor pericardius non est excrementum ib.	
		Monstratur aquae pericardii nobilitas ib.	
		Peroratio & nostra sententia confirmatio.	1, 18. 8.
		Epidocba II. de Adipe cordis.	19.
		Omnium naturarum maximè mirandum cor.	2, 12.
		Cordis admirabilis perpetuus motus. ib.	
		A comprobatis.	ibid.
		Tractationis argumentum.	1, 19.
		Coronaria vena etymon,	ibid.
		Eiusdem descriptio.	ibid.
		Elegans observatio anatomica,	2, 20.
		Hypo.	

Index.

Hypothesis de sanguinis arterialis coctione	ibid.	Galen & Fallop. sententia recitatio. 3. 26.
A. hillini & Iouberti sententia	ibid.	Privata de cholidochi delitigatio. ibid.
Densitas adipis cordis unde.	ibi 1.	Enarratur summa petraclatorum à I. la-
Petri loh Fabri.	ibid.	solino. ibid.
Laur. Iouberti sententia	ibid.	I. Iasolini adversus Fallopium contradi-
Aristotelis sententia	ibid.	ctio ibid.
Adipis cordis precipua causa efficiens. 2. 21		I. Iasolini rationes adversus Fallopium ib.
Iasolini notatur negligentia.	ibid.	Folliculi partes 3. 27.
Iasolinus quomodo salvandus.	ibid.	Controversia inter binos autores. ibid.
Ufus adipis cordis consideratur 2. 22.		Iasolinus Galeno ad stipulatus, Fallopio re-
Effector perpetuo cum materia substrata		luctatus. ibid.
coit.	ibid.	Fallopii demonstrati à pari. ibid.
A repugnantibus demonstratio	ibid.	à repugnantibus. ibid. à proprio. ibid.
Expositio nostri decreti.	ibid.	à comparatis. ibid.
Perpetui cordis motus adjumenta muni-		Hepatici canalus verus usus. 3. 28.
menta que necessaria.	ibid.	Accommodata jecoris expurgandi proclivi-
Interiora cordis irrequieti firmamenta.	ibid.	tas. ibid.
Munimenti cordis forinsecus inditi condi-		Cathartica pro hepatis cava felix trans-
tiones necessaria.	ibid.	cursum ad intestina ibid.
Accommodatissime rationes extranei car-		Canalis hic duplex divinitus à natura
diaci firmamenti. 2. 23.		previusus ibid.
Singularis miscella binarum substantia-		Suffragatores nostri. ibid.
rum notatur.	ibid.	Ad instantiam occuratio ibid.
Per lapidem adipeum Vesalii quid intel-		Confirmatio. ibid.
ligat autor.	ibid.	Hofmanni calculus. ibid.
Observatio in cochleis & sevo porcino. ib.		Amplificatio ex enodatione. ibid.
Chymica rationis nostra explicatio. 2. 24		Alius dissensus ibid.
Adipis cordis utilitates recensentur. ibid.		Conflatus crebri scribentium ibid.
Conclusio & sententia confirmatio. ibid.		Expositio 3. 29.
De poris cholidochis Ep. 3. p. 25.		Enunciati comprobatio ibid.
Insinuatio & anatomica analyseos com-		à signo. ibid. ab absurdo. ibid.
mendatio.	ibid.	Instantia & ejus responsio. ibid.
Anatomia necessitas ibid.		Historia ibid.
Adversus anatomem injuria ibid.		Discolorum complexio 3. 30.
Succesiva Professorum Anatomicorum		Alia fortuite functionis objectatio ibid.
tergiversatio & divexatio. ibid.		Refugii abolitio 3. 31.
Anatomes obrebrebratio ibid.		Insinuatio in Fallopii paralogiam ibid.
		Causa tres unde Fallopius impulsus. ibid.
		Ex Corbae imitatum. ibid.

F I N I S.



BARTHOLOMEI CABROLII,

Monsp. Acad. Anatomici Regiiq; Chirurgi
Observationes variæ.

OBSERVATIO PRINCEPS.

*Venæ portæ radices in intestinis esse, ramos vero in hepate
quàm multis rationibus tum Hippocratis & Galeni
authoritate comprobatur.*



Adices venæ portæ esse in hepate, ramos per me-
senterium, intestinaque diffundi adeo omnia
anatomicorum theatra perstravit, ut si quis in
alia abeat omnia is sensu communis carere videri
ipsis possit: mihi tamen libet hic omnibus esse
contrarium, & nō fallor licet. Quid enim? non-
ne ut arbores radicum, quas ideo Plinius succi-
bibulas indigitat, ut ita dicam, humorem ore bi-

bunt alimentitium; ita jecur chylum à mesentericis haurit: ut merito cre-
damus ejus venæ radices in intestinis esse, ramos vero in ipso luxuriari
hepate. Hæc sanè Galeni Medicorum in sexto de placitis Hippocrat. &
Plat. sententia videtur. Si enim radices in hepate sunt, rami verò in
intestinis jam arborem everterimus, jam rami sugent, chylumq; trahent,
radicibus jejunis, quo quid ineptius? Vanissimè etiam Hippocrates,
huic portæ nomen fecisset, si per ramos radicibus portari pabulum cre-
didisset. Ineptissimè etiam, qui eam manum hepatis cognominarunt,
quod instar manus chylum jecori porrigat, nisi dicamus chylum à radi-
cibus mesenterio infixis sursum pellici. Hæc argumenta tantum apud
me possunt, ut mihi persuadeant & in venis & per venas sanguinem fieri:

h

cum

(2.)

cum & in venis mēfenterii nemo unquam tam oculatus fuit, ut quicquam præter sanguinem viderit. Et quia Galeno sexto de formatione fœtus venæ priores sunt parenchymate: cum & Spermaticæ partes sint, & à natura priores visceribus omnibus conformentur. Hæc etiam ejus, qui librum de Anatomia vivorum contexuit, opinio est. Omnis enim pars inquit, componens Composito prior est, at hepar fibrarum plexibus labyrinthi instat, textitur. Ergo priusquam sit hepar, sunt venæ, & quod hinc sequitur, sanguis fit à venis, cum & prævida natura radices venæ portæ intestinis inferuerit, non autem hepatis, ut hætenus creditum, & forte credetur. Quis enim

Tam veteres avias subito de mente revellat.

OBSERVATIO II.

Nervos sensilem & conspicuam cavitationem nullam habere docuere Hippocrates & Galenus, ne quis igitur miretur, sicum illis asseram animale Spiritum arteriis non nervis contineri.

NERVI meatu sensibus obvio destituuntur, contra quàm quibusdam placet. Soli enim compacti, durique sunt, maxime cum longius à cerebro abeunt, nec aliud quo eos à venis arteriisque secernamus occurrit, nisi hæc cavitationis carentia. Miror itaque quid iis in mentem venerit, qui animale spiritum nervis ut canali perferri voluerunt, cum nihil appareat, quod corpori huic transitum præbeat: propius vero puto Spiritum animale semper arteria, individua nervi comite contineri, nervumque arteriæ pro fulcro esse. Causa cur ita credam est, spiritus animalis præparatur in reti admirabili Galeni, qui à tenuissima spiritalis parte per carotidas in illud rete delati, inde per easdem arterias summum cerebri ventriculum pervadit, ubi in plexu choroidæ perficitur, demum tertium quartumque ventriculum per eosdem subit meatus, nec alibi fines arteriarum quam in cute invenies. Nec rationi consentaneum videtur spiritum extra arterias ferri ut in ventriculos cerebri excrementis semper lutulentos quasi in cloacam se dimittat: Ibi enim frigore rigeret, densareturque, sensuique juxta ac motui inhabilis fieret.

OB-

OBSERVATIO III.

*In qua rationibus, auctoritatibus & experientiis
denegatur testibus, vim Σπέρματοςποιητικὴν
adesse.*

PENITIVS hominis membra dum rimor magnus, mihi serupus aliquando injectus est, de testium natura & viribus. In testibus enim semini ultimam imponi manum tam certum plerique habent, quam quod certissimum, mihi id non incertum modo, sed & falsum esse persuasissimum est: cum quod nulla spermaticorum vasorum, seu præparantia seu deferentia sint, ullatenus testes subeant, tum quod Aristotelem ut in naturalibus semper, ita & hæc verum vidisse autumem, cui testes non nisi pro ponderibus sunt, ut epididymides in æquilibrio teneant, facilioremque viscoso alias nec facile fluxuro semini viam faciant, ut textorum in Officinis appensos videmus temini Capides, quo subtemini faciliores sint alterni recursus. Adde serosiores seminis partem exsurgere, ut ei prolificam vim augeant. Neque negaverim in parastatibus vasorumque Cabyrinthæis anfractibus elaborationis seminis principia jaci demumque in prostaticis perfici, perfectum autem hinc inde cellulis oëtonis, noventisque, quarum singulæ venereum unum telum, ubi conflixeris, emittant, contineri. Jam verò in testium substantia semen non perfici argumento est, quod nemo in iis cavitatem unquam insignem, huic tamen rei pernecessariam observavit: Omnes eos fibris, pilorum instar, multoque sero plenos videmus: omniaque vasa spermatica integris testibus à corpore revellimus. Cum ob hæc argumenta, omniumque auctoritatem fluctuarem, accidit anno 1564. quod me in vado collocaret. Erat eo anno Monspelii Dominus Mommorancius, ex cuius stipatoribus cum cuidam vim faceret Virgini, Mommorancius ut fortè illac iter faciebat, audito matris clamore, reque intellecta, hominem ut erat ipso momento è fenestra suspendi juber, cada ver ejus theatro anatomico illatum. Aderant D. Saporta, Feynes, Joubertus, præfidebat D. d' Affas, omnes medicorum ævi nostri phænices. Ecce cum ad genitalia ventum stupratorem illum Plauri joco intestatum, hoc est testibus carentem tam exterius, quam interius invenimus. Cellulas tamen illas in eo venereos in usus arma prompturas, ut in aliis notavimus. Hic omnibus rei novitate attonitis, quæstio agitari cepta, num testes generationi serviant. Negabam ego. Cum mihi Saporta, Cedo mihi Eunuchum qui genuerit? Respondi, eunuchis vasa præparantia, deferentiaque

rentiaque exsecta, quo minus mirum si soluta cellularum continuitate, nihil eis invehatur. Demum planè me confirmavit, quod Bellicadri accidit. Oblatus mihi illic, 22. annos natus adolescens, quem quia parentes instabilem natura deprehenderant, matrimonio an ecclesiastico statui addicerent, dubitabant. Adhibitus ego in consilium, autor ei fui in leges ut maritus descenderet, dictum, factum, postuerta prosa, nixisque orationibus faventibus. Viviteriamnum jamque complures genuit filios, testaturos mihi sine testibus se genitos.

OBSERVATIO IV.

Nervos opticos non ab anteriori ut hactenus creditum est, sed à posteriori cerebri parte nasci certum est.

MULTI dum superficie tenustantum rem tractant anatomicam & falluntur ipsi & alios fallunt, quis hactenus negavit opticos nervos ab anteriori cerebri parte nasci? Id verò ego nunc pernego, ajoque à posteriori prope cerebellum prodire: quod si ocularius, inverso prius cerebro, quæsieris, verum esse, tute ipse fatebere. Ego sane in oppido Pezenate id evidentissimè ostendi coram D. Connestabulo, ejusque medico Crassoto, viro doctissimo, puellam 22. annos natam cum diffecarem.

OBSERVATIO V.

Consensus aurium. & Laryngis.

NERVUS quinti jugi eum per anfractus auris ossi petraeo se immisit, priusquam tympani regionem pervadat, in duos abiteramos, quorum alter satis magnus, alius exilis valde. Ex magno dilatato instat membranæ fit tympanum: Alius inferiora pervadens, & quasi comes illius, qui ex sexta conjugatione derivatur, inseritur propriis laryngis musculis, quorum origo à parte superiore laryngis, insertio in inferiorem: contra quam est eorum qui à parte illius inferna ori, superiori implantantur, & nervulos à recurrentibus suscipiunt. Unde ratio desumi potest consensus illius aurium cum larynge, & cur immisso profundine in aurum auriscalpio, tussis, excitetur.

OB-

(5.)
OBSERVATIO VI.

*Nova pori Cholidochi insertio, lienque mole & pondere
horrendus.*

SECANDO Comitum Aufumondianum, duo raritate commendabilia offendimus, primum porum Cholidochum, alias in ecphysin se exonerantem, proximè pylorum egressum habuisse, ita ut non minus ventriculo quàm intestinis bilem transmitteret. Quæ causa illi fuit, cur sæpius nausearet, vomeretque & quod hinc sequitur, aluo esset duriori: Natura enim nativo suo clysmate seu Rhabarbata orba, cum nihil expultricem irritaret, desidebat, unde subito Cholera diem finit. Alterum fuit. Lien quàm mole, quàm pondere visendus, amplius enim quinque libras pependit. Insuper omnibus quibus adnecti debuit ligamenti solutus erat, ideoque natabat per totam ventris cavitatem.

OBSERVATIO VII.

*De quadam muliere quatuor mammas utrinque geminas
easque lacte madidas gestante.*

ISABELLAM Masel spectata probitate fœminam primis nuptus D. Sabourino Narbonensi medico, quatuor vidi gestare ubera utrinque gemina, omnia lac fundentia: quodq; notatu dignissimum, liquidissime patebat ramos mamillarum ab axillaribus oriri, non autem à substernica, ut quidam malè autumant: hæc enim nec trigessimam ejus, quæ in lac verti debet, materiæ partem suffecerit: Verum est substernicam soli sexto respirationis musculo nutriendo natam & parti superiori longitudinalium, in transitu mammis ramum capillarem transmittere, sed non tantum, qui lacto generando satis sit. Sunt & qui putant substernicam matri communicare per hypogastricam: quia in re natura mirum in modum mihi genio indulgisse videtur, cum tam viris, quàm fœminis largita sit, cum tamen viris matricem, mamillasque lactíferas negaverit.

OBSERVATIO VIII.

De forti & longo musculo baltheum æmulante.

ACCERSITVS à piæ memoriæ D. Gryphio Medico Monspeliensi, ut servum, quem veneno petiisse suspicio erat, secarem, ubi ad thoracem ventum est, dum externas primum partes aperio, reperi sub cute, ac

adipe, fortem longumque utroque in latere musculum. Emergebat à superiore sterno, & parte claviculæ, ubi cum sterno jungitur. Inferebatur spuriarum costæ extremæ, instar balthei: longus duas spithamas, figura subrotunda, latus digitos duos fortibus munitus tendonibus.

OBSERVATIO IX.

*Amelancholia hypochondriaca juvenis quidam utriusque
Juris Doctor astu ad tempus liberatur, fraude enim cognita
in eundem affectum brevi relapsus est.*

DOMINVS Hucherus, Varandæus & magister Gariel, una mecum consilium inière de liberando à melancholia hypochondriaca, adolescente quodam Moyse de Marnas jure perito, cui inter cætera deliria hoc sedebat, immittendum ano cultrum rasorium toto cum manubrio, nec enim aliter fæces excerni posse. Itaque in dies bis, terve elegantem hanc sibi supposebat glandem, copiosumque sanguinem profundeabat: neque nos alia omnia suadentes audire volebat, imò nobis videntibus attonitisque, se quo diximus modo lancinabat, rogatque ut exulceratam carnem cauterio inuramus. Ipse sibi matricis speculum immittit, eoq; tantopere dilataram, ut nobis intestini horrenda vulnera in oculis essent: nos ut eum ad saniozem mentem duceremus, duobus præparatis caute- tiis, candenti altero, altero tepido, priore astu subtracto, hoc immisimus. Hic ille quasi ignito rangeretur vociferari, mox convalescere, totamque hebdomadam mente constare: Demum fraude, relatione adstantis cujusdam studiosi cognita, in amentiam rediit.

OBSERVATIO X.

*Erisichthonea voracitate corripitur hic æger propter
stomachi & intestinorum vitiatam figuram.*

DJobertus & Magister Gilbertus Casanova, cui operam meam in constrictino locabam, acciti ut Firminum Chaudonem Ictericia ex- tinctum secaremus: duo in eo portenti similia reperimus: primum po- rum Cholodochum immani magnitudine ad hepar, ad intestinum verò meatu capillari: hinc excrementum præcluso transitu, jecur repetebat, ac in se per cavam in universum se corpus effundebat. Quæ res flavitiei ejus strigositate causam dabat, etsi corpore omnibus aliis esset pro- cecior. Jam verò voracitate erat Erisichthonæa, cui causam præbuit quod

neg

nec stomachi nec intestinorum ullam habeat figuram proportionatam; præter oesophagum, qui se amplè inferebat capacitati, maximæ cucurbitæ fundo simillimæ, quæ ad latus dextrum, sub magno hepatis labo, prope cystim felleam, involucrum faciebat, sursum tendens, retinendo diutius alimento, nec enim pylorus ullus erat: unicum deinde à pylori loco ad anum intestinum erat, sine ullo anfractu, cumque aliorum intestina quatuordecim æquent ulnas, huius vix ad quatuor Spithamas accedebant, in forma literæ S. sed crassitie erant immani. Mesenterium etiam ingens erat Mesaraicis refertissimum: reliqua optimè se habebant, vixit annos 40.

OBSERVATIO XI.

Tutò cornu à fronte refecatur.

Convenit me Monspelii Johannes Guy carminator, scilicetatur tunc à fronte cornu nuper natum posse rescindere. Erat cornu sinistro in latere, sub pilis aliquantulum: hæc res anxium me habuit: tota enim basis ossi adhærebat, longitudo dimidiati erat pedis, crassities pollicis, figura inæqualis, qualis in agno semestri: victus tandem patientis cornuti precibus ferra abstuli cornu, cumque aliter sanguis sisti non posset, ferro ussi, escharam induxi, mundavi, carnem cicatricemque adduxi. Dominus Reynac cornu mihi precibus extortum in aulam misit, additis literis, quibus ab affine suo doceri cupiebat, Aulicæ cuculi similia ferrent cornua Monspelienfibus.

OBSERVATIO XII.

Melancholicus D. Rondeletii industriâ sanæ menti restituatur.

Melancholia quidam laborans hypochondriaca, ratus se veneno poratum, Rondeletium salutis causa accersit, aiebat bolum laryngi adherere, eo se in omnia momenta præfocari: Rondeletius, ut erat ingenio sagaci, pillulam ex spongia cum ceræ frustulo paratam, filoque annexam, immitti juber, quâ non multo post cum pituitæ sanguinisque vomitu reductâ, ratus ille una venenum excidisse bolum, mentem valetudinemque recepit.

OBSERVATIO XIII.

*A ventris inferioris vulnere transversim scinditur colon,
per quod deinceps alvus se semper exoneravit.*

D Philippi præses Curiaë Monspelienſis multis mecum egit precibus, venire curaturus Dominum Philippi de Montagnac, qui ad castra Monspelienſium bombardâ iactus, in domum Domini Baronis de Castres delatus erat. Ictus erat sub offe Ilii, ad costas spurias lateris ſiniſtri, exhibat ad os pubis, rursusque in femur dextrilateris se immittebat. Ad vulneris labia, reperi colon transversim sectum omninò, omnibus, quæ illi unquam in mentem venerunt futuris usus sum, frustra labiis nimium distantibus. Itaque quod necesse erat, fistulam contraxit, unde foramen illi ad instar ani gallinacei remansit, per hac ventris onus emitit, eoque quo alii per anum strepitu pedit. Cætera sanus est, nec quicquam è tanto metu mali reliquum, quam quod cum per podicem omninò egerat nihil, multis illi perpetuo opus pannis, ut in vitro ipso egredientia stercore excipiat. At propter fœtorem vix ab adstantibus ferri potuit.

OBSERVATIO XIV.

Ren unicus in dissecto cadavere inventus.

UNum tantum renem in cadavere Domini Feynes Monspelienſis profeſſoris reperi, optimè venis suis, arteriisque emulgentibus compositum, veteres nonnihil solito latiores, unus enim duorum munia obibat necessariò, ex altera parte renum, vreterisque nec nota nec vestigium, uno priusquam diem obiret mense, servum ejus ferro extinctum secumus, qui & ipse unum tantum renem habuit, sed mole incredibili. Incubabat vertebris lumborum, ac ex utroque latere dextro sinistroque infixæ erant venæ, arteriæque emulgentes, sic ut unus ren officium faceret duorum.

OBSERVATIO XV.

Lienes duo venis arteriisque referti in cujusdam adolescentis cadavere reperti.

VEnit ad Officinam meam anno 1560. dissolutissimis moribus adolescens Joannes Aurias, frigus erat tantum quantum ex eo non memini, tum ille ad me, ecquid, inquit, tempus hoc sectioni aptum & aptissimum inquam, si modo Magistratus furem aliquem quorum tanta hic copia quanta mulcarum cum caletur maximè, in crucem ageret. Cum ille,

ille, bono animo es, cras materiam tibi sectionis præbebo: dixit, simulq; Aristo gladio (nox erat) egreditur. Egressum inimicus, qui ex insidiis ad fenestram sermonem ejus hauserat, excipit, gladiumque per ventrem exigir. Concidit exanimis Aurias. Altera, ut præfagierat luce, theatro secandus infertur. Duo illi lienes erant bellissimi, singulis suæ arteriæ venæque. Et quidem hæmorrhoidalis maxima, è medio liene progrediens: hinc quicquid erat humoris melancholici excernebatur: nec unquam per omnem vitam tristitiæ multum se dare visus, Jovis non Saturnius pullus.

OBSERVATIO XVI.

Cerebro pilâ Sclopi majoris vulnerato vox sensus, motus & memoria periëre, pilâ sublatâ symptomata omnia evanescere.

Domino Mommorancio Narbonam obsidente, Italus ex centuria domini Luquissæ, Sclopo majore, mousquetam vocant, ictus est in bregmate, impetu maximo, ita ut pilâ in duas abeunte partes, una cerebro infingeretur, altera in terram cadente, momento illi vox, sensus, motus, memoriaque periëre bîduò, cum improbo labore ossicula fracta evellerem, pars cerebri mole amygdali effluit, quæ causâ fuit, ut arcendo huic fluxui laminam plumbeam, os inter duramque matrem, ponendam censuerim. Hanc triduo cùm gestasset, vidi inter cranium duramque matrem pilâ infixâ partem, quâ blande eductâ, vox subito reddita est: sed repenti gravissimis duobus cœpit conflictari symptomatibus, paralyti ejusdem partis, & convulsione oppositâ, quibus etiam post curationem toto semestri eoque amplius vexatus est: paulo ante M. Lauthierus Cbirurgus Monspelienfis, alium eodem modo ictum, iisdem correptum symptomatibus, percuravit.

OBSERVATIO XVII.

Emendicato à quadam striga auxilio adversus febrem quartanam in satyriasm incidit ager, à qua mors brevi subsequuta est.

A Venionem evocatus, ut quendam majorem in fœmore, Sclopo ictum curarem una cum Joberto, Guillemeo, & aliis è diverticulo ad hominem enormi laborantem satyriasi visendum accessimus. Res ita habet: Laborabat quartana æger, in qua profliganda strigæ auxilium petierat,

(ro.)

quæ illi poculum exunc. j. seminis vrticarum, Cantharidum semionc. ij. sesquidrachma ceparum, aliisque concinnarat: hinc ita exarsit in venerem, ut uxor ejus per omnia sacra dejerater, se ab binoctio octuagies septies initam, interea sæpitis in lectum semen effudisse, imò nobis adstantibus brevi momento ter se polluit, pedem lecti pro fœmina subagrans: hinc in stuporem versi quicquid fieri potuit remediorum adhibuimus, sed ipse paulo post libidinariis pollinctoribusque cessit: huic affine est, quod mihi D. Chauuel Avenionensis Doctor ajebat, ille annis abhinc 32. evocatum se Caderousam ad hominem eadem satyriasi correptum in limine domus obvia sit uxor depræpostera libidine rarum in mulieribus querelæ genus, mariti exostulans, quadragies illum una nocte hortum suum fodisse, simul laceram nimio attritu ostentabat vulvam: remediumque dolori juxta ac calori quærebat. Simili portione malum æger contraxerat, quam præbuerat mulier Xenodochio ancillans, tertianæ arcendæ, qua hic in tantam amentiam versus fuit, ut catenis obsessi instar ligandus fuerit. Aderat cum Domino Chauuello sacerdos, qui cum verbis hominem solari veller, rogabat uti se deliciis istis mori sinerent: fœminæ cum linceo, ocyrato immerso cinxere: manè mortuus hianti ore membroque gangrænâ corrupto inventus ridenti similis est, rictu quem sardonium vocant.

OBSERVATIO XVIII.

A profundiori jecoris vulnere ægri duo sanitati restituti sunt.

ITalus quidam sub vexillis D. Mommorancii merens, hypochondrium dextrum gladio acutissimo transfoditur, vulnusque in profundam jecoris ipsius partem ferebatur. Multum fluebat sanguinis cui cum satis exitus non pateret, cavitatem ventris implebat. Sequuta tanta putrefactio, ut qui fœtorem ferre posset, esset nemo: plures itaque in consilium ivimus, omnibusque visum est patentiore meatum exituro sanguini facere. Et quia pars in grumos concreverat, longis cochlearibus eduximus, peluesque aliquot implevimus, interim bis, alias ter singulis diebus, donec perfectè curatus est. Idem mihi narravit Dominus Ræhus Tarraconensis Chirurgus, meus olim discipulus, se nimirum curasse Carolum Pin per musculum lumbarem in majore jecoris lobo gladio ictum, ad altitudinem trium digitorum, qui cum quatuor post mensibus ex alio thoracis vulnere exspirasset, ab eodem sectus multis adstantibus, cicatricem qua

qua diximus magnitudine in hepate habebat, nihiloque secius commode se habuerat.

OBSERVATIO XIX.

A tumore ventris obsessa juvencula toto quadriennio febricitavit, ita ut hydrope correptam esse putarent medici, tandem intumuit umbilicus, per quem magna puris copia tribus vermibus comitata effluxit, pauloque post convaleuit.

D. Allois, qui multos annos in Francia, Italia, Melita, Græciaque summa cum laude medicinam fecit, narrabat vidisse se puellam Tarracone annos bis septem natam, quæ toto quadriennio febricitavit cum tumore ventris, membrorumque extenuatione. Ita ut omnibus hydrope laborare putaretur: post quadriennium intumuit umbilicus, quo tumore sponte aperto multum puris totos decem menses effluxit: demum tres vermes longitudine spitha mali emertere, ea crassitie, quâ minimus digitorum est. Hinc convaleuit, ac etiamnum optimè se habet, peperitque proles elegantissimas. Eodem loci temporisque juvenis annos natus novem, domo natus paupertina, post exantlatos insanos colicæ dolores, tribus sub umbilico digitis verucam habuit, in qua cum nigricans appareret vertex, suspicatus est chirurgus lumbricum subesse, eumque spithamam longum eduxit. Redibant illi per intervalla dolores, nec aliter nisi vermium educatione se ponebant. Interdum bini aliàs terni educebantur, post coibat vulnus ad sesqui mensum aliquando, dum redeuntibus doloribus ad solita recurreretur remedia.

OBSERVATIO XX.

Puella nubilis nobilis cuiusdam virginis pedisequa per onracon lotium reddere solita, tandem dissecta crassiuscula membrana, qua vesicæ orificio obtendebatur, perfecte curatur.

Annis abhinc quinquaginta duobus, cum D. Momorancii paris & primi Franciæ Marschalli, gubernatorisque Languedoci, aulam sequeretur, sub quartam pomeridianam quibusdam festivos scloporum strepitus præforibus dominæ variè edentibus, charta ex arenâ allisu subfiliante complures læsi sunt: hic dum nobili cuidam virgini medelam fa-

cio, tantus urinæ æstus nares afflauit, ut ægre eo loci dum obligassem vulnus, me continerem. Fœtorem ciebat pedissequa, cuius patrem dimidia hæreditate sanitatem filię redempturum prædicabant. Adducitur sequenti luce puella, umbilicum quatuor digitos longum, cristæ Galli Indici non abfimilem inuenio, reddebat illa per uracum lotium, ut prius dum alio materna contineretur. Ut vel hinc discat Paræus chirurgus, cætero qui nulli secundus, ouracon inueniri. Jamque erat ut operi me accingerem, cum hoc metum facere, actum fore de vita puellæ nisi priusquam superior meatus clauderetur, inferior patefieret: cui cum consultum vellem, negabat filia se cuiquam concham suam ostensuram, tandem victa parentum precibus exhibuit. Ibi orificium vesicæ crassa membrana, testonem quem vocamus æquante, oclusum deprehendi, aperui, cannulam immisi plumbeam ad interiorem vesicam, urinam eo derivavi: umbilicum sequenti die obligatum, ut in enterocelis mos est, reseui, cauterio ussi, escharam induxi, demum 12. die persanavi. Expectabam ut promissam hæreditatem filia percurata acciperem, cum mihi pro labore duplex ducatus penditur. Sic homines operas chirurgorum medicorumque illusum eunt.

OBSERVATIO XXI.

Ab Osis bregmatis fractura totos octodecim menses vocis rationisque experts mansit ager.

ANno 1558. cum summam studiis meis manum imposuissem, subiit animum Gaillaci in patria praxeos tentandæ, & favit initiis DEUS. Incidi in Antonium Verdæzi annos natum 35, qui cum dominica die in vineam ambulaturus iret, in ea ovium gregem offendit, damnoque irritatus in pastorem sævit: Sed magno illi stetit, Opilto enim fuste, qui pro pedo erat ipsi, sine vulnere exteriori bregma illi sinistrum contudit, à sagittali ad squamosam. Accersitus eum nihil forinsecus viderem, minorem, quam erat, plagam putabam, percussumque fingere nescio, quid rebar, ut vicini à quo læsus erat vineam auferret. Sed symptomata in horas graviora, inquietudo phrænitidis, sopita ratio, iudicium, memoria, vox demum intercepta, fidem latentis plagæ fecerunt. Bregma itaque decussatim incidi, os fractum reperi, fragmentisque evulsis duram matrem rubere, inflammationeque tentatam vidi, quæ visa sunt adhibui. Remisere symptomata, sed longo singula intervallo primum phrænitidis eum deseruit, reliquis manentibus, totos enim octodecim menses vocis rationisque.

rationisque expertus mansit. Biennio exacto, patrem nosse cepit, quodque magis mirum docendus fuit loqui, primaque elementa infantium ritu, artemque quam prius percalluerat ferrariam, adeo uno ictu omnis omnium memoria sepulta erat. Percurato ægto evenit, ut eo Dominus Rondeletius diverteret, rogavi videret hominem: videt, similem mihi de Cursolio quodam pædagogo historiam recensuit.

OBSERVATIO XXII.

*Ab ictu Sclopi cum maxima utriusque bregmatis fractura
magnaue substantia cerebri iactura liberatur
miles.*

Domino Mommorancio annis ab hinc 22. Villemagnam oppidum Monspelio quatuor leucis distans obsidente, rem fide prope maiorem vidi. Petrus Guy Arvernus sub signis D. de Rosines merens, ictus est Sclopo ad labrum superius, in regione septi, ferebaturque ad verticem per medium suturæ sagittalis, cum maxima utriusque bregmatis ossium fractura, magnaue substantiæ cerebri amissione. Ut erat læsus, ad me Monspelium venit, nullo labore, collo oneri erat bombardæ, lateri ensis: primo congressu quatuor magna fragmenta abstuli bregmatis, cumque viderem tantum animi roboris esse homini, ut in bellum tanto cum vulnere rediret, adhibendos curæ alicuius nominis viros censui, ut rei incredibili fidem facerent. Adstiterunt Centuriones Carlinquas, & Flory militiæ laudibus celeberrimi, qui sæpe eia me medicinam fieri in propatulo viderunt, ipsumque obligato vulnere resumpto Sclopo, ense, ceteroque instrumento Martio, pedibus redeuntem ad S. Johannem Vedas, qui tum obsidione premebatur: post quindecim dies penè confirmatus castra abeuntia secutus est, visusque est domino Carlinquas vivus valensque biennio post, fortem Gradivo navans operam.

OBSERVATIO XXIII.

*Virguncula iisdem quibus puerperæ solent symptomatis diu
multumque confictata tandem crassiusculi cruoris effluvio
sana fit.*

AD puellam annos decem & septem natam Monspelii anno abhinc undecimo accersebar, eisdem quibus parituræ solent symptomatis confictatam. Consternata jacebat mater, pudori filiæ vitium factum

rata, accersitaque obstetrico quid esset certior fieri voluit, obstetrix obstetricandi peritissima, tentata digitis matrice negavit hoc sui muneris, neque acciendum dixit. Accessi, os vulvæ tanto sanguine menstruo occludi offendi, totis ibi novem mensibus congesto, ut uterum ferre videretur. Placuit acciri D. Saporam Medicum peritissimum, unaque consultatione habitâ placuit eam, quum longa erat vulva, incidi, secta est 12. libras crassi emisit sanguinis, aut potius humoris fæci vini, quàm sanguini similioris. Actum de vita putabar puella, post tantum cruoris effluvium, sed ope divinâ, operâque nostrâ post aliquot tempus sanitati reddita est.

OBSERVATIO XXIV.

HYdropem, quæ primis remediis cesserit redeuntem, incurabilem omnes censent; quod etsi magna ex parte verum sit, crebrò tamen fallit, cui rei fidem aliquot meæ observationes facient, locumque quod derivetur aqua edocebunt.

OBSERVATIO XXV.

Decocto rusci sæpius repetito hydropsis curatur, quæ quum paucis ab hinc annis repetisset paracentesi adhibita planè convaleuit agra.

JANAM Janinam, Jani Janini Monspelii pellionis filiam anno ab hinc vigesimo invisi ascite indubiè laborantem. Quænam cavitas aquam contineret, hoc verò non mediocriter me conturbabat, uterus ne an ventres. Verum cum ex mensuris uterum esse in officio adverterem, ventrem refertum cerò comperi. Jamque erat, ut paracentesi tentarem, cum alia prius experiri libuit. Aquam cui Ruscus plurimus incoctus erat matutinam vespertinamque bibere jussi, eadem vinum dilui. farinam ad panem subigi. Vix triginta dies utebatur, cum se venter exonerare cœpit, per vulvam totum diem naturalem, ad quinquaginta circiter libras, ut nec momento cessaret fluxio. Tanta aquæ copia, primum planè ne sibi esset reddita dubitare coegit, quanâ verò effluxisset per vesicam, ne an uterum, hoc vero anxium me valde habuit. Duo tamen fecerunt, ut crederem ab utero manasse, primo quia magno impetu & jugiter fluxerat. Secundo, quia superioribus diebus ter, quater cathetere illi applicito nunquam plus solito urinæ eduxi. Tam subitâ evacuatione, quod necesse erat, mirum in modum languit Janina, demum tamen valetudinem recuperavit, eâque trienium fructa est. Exinde ut prius venter in-

inatumuit, totumque annum hydropelaboravit. Revocor: pertentato ventre insignitè tumere umbilicum invenio, in medioque nonnihil excoriatum, ego motum naturæ juvandum ratus, hæc illam aperiendam ænsui. Tutior enim ut hoc obiter dicam, hoc in loco paracentesis est, quàm ubi vulgo quatuor sub umbilico ad latus, fit digitis. Adde quod & expeditior sit, secta enim cute statim umbilicalia vasa aperta invenis sero scaturientia, eoque tuior, quia nullum ægri impedit decubitus. Et sane priscos hanc molitos pater ex Celsi lib. 7. cap. 15. Itaque secui, copiosiorremque fide aquam eduxi, peluibuscæpi, eam D. Huchero, & Andrea Laurentio medicis doctissimis ostensurus, quibus mirissimum videbatur, tantum profluvium subitam non attulisse patienti mortem, verum illa convaluit, hætenusque per multos annos valet. Eodem morbo iisdemque symptomatis correpta Gilleta Maurina, quæ jam tum cum dominæ Castelnau ancillaretur, hydropelaborabat: jamque tot pharmacorum pertæsa patriam dum cogitat, mulâ, quâ vehebatur exterrita eam terræ adlitis, magno suo bono: subito enim omnem aquam per vulvam emisit, deincepsque intercute ter quater correpta, eodem canali aquam ejecit. Anno 1565. affinis mea Catarina Turle, iisdem quibus Jara Janina à me remediis percurata, plus quam viginti post annos sana mihi visa est, ut & superiores.

OBSERVATIO XXVI.

Cor & vesicam solutionem continui sine vitæ discrimine pati posse experientiis comprobatur.

COR vitæ principium calorisque cœlestis morbo corripitur insigni, quin mortem adferat non potest: ut Plinius solum cor alternas morbi sanitatisque vicissitudines non sentire adseveret. Eadem priscorum omnium ab Hippocrate per manus tradita fuit opinio: verum anatomia hanc sententiam nostro tempore evertit, in dubiumque speciosum illud cordis privilegium sed inutile, vocavit. Si enim cor omnibus morbis cedit multum longitudini vitæ demimus: si verò hanc ejus resistantiam substantiæ firmiori partisque dignitati adscribimus, arundineæ basilitimur, nam & cerebrum dignitate cordi non cedit, phlegmones tamen, abscessusque sentit & ossa corde duriora à carie se vindicare non possunt, sed missis rationibus istis recentiorum experimenta audiamus. Holle-rius invenisse unius in mulieris corde duos lapides, multosque abscessus fidem facit. Fernelius Pathologiæ lib. 5. cap. 12. cor ait laborare omni in-temperie abscessu, vulnere, ulceribusque posse. Ipse ego præsentibus

Ronde.

Rondeletio, Altes, Faynes, duo mirabilia satis ad hanc rem facientia in duobus cadaveribus exhibui, primo in basi cordis ad Coronariam, cicatricem duos latos digitos longam, testonemque ut vocamus, crassitie æquantem. Secundo eodem loci anno insequente ulcus latitudine folii myrtini sat profundum. Ac ne quis hinc iis mortem adlatam arbitretur, ambo laqueo vitam finire, Merito igitur Ferneli sententiam sequimur, putantis cor sine morte subsequuta longo tempore continui solutionem pati posse. Cur ergo Hippoc. sect. 6. aph. 18. Galenoque ibi in comm. vulnera cordis lethalia sunt? Credo intelligendos de vulneribus externis magna vi, alteque descenditibus, quæ mortem adferunt: primò quia pericardium læditur, neque cum pars spermatica sit, coire potest. Secundò effluente inde aqua cor siccessit, marcetque. Tertio quia magnum sanguinis effluvium est, quodque omnium, pessimum sanguis thoraci illapsus præfocat, caloremque naturalem extinguit, ulcera verò à causis intrinsecis nata non semper letifera sunt, quia non eadem mortis causæ: quo pacto Hippoc. cum recentioribus conciliabimus. Hippocrates etiam in aphorismis vesicæ ulcera mortalia vult, Gal. in commentario ea tantum, quæ insigni magnitudine cavitatem vesicæ pervadant, putat enim vesicam membraneam & ex sanguine coire non posse. mihi tamen perforatam omninò vesicam sanari videre sæpius contigit. Miles erat in oppido Pezenas, furcâ supra os pubis perfossus, urinamque utroque vulnere reddebat semper, per urinarium vero meatum nec guttulam. Initio sellæ insidentem curabam, mox jussu Rondeletii in lecto supinato emplastra apposui, syringamque per penem immisi, ut urinam nativum ad ductum reducerem, nec multo post hominem per sanavi.

His Chirurgi juniores ad similia tentanda inflammabuntur, tentatisque partibus principibus, interdum diligenti Chirurgi opera mortem evitari posse cogitabunt.

OBSERVATIO XXVII.

De abscessu, in quo non modo pili, ungues, clavi, castaneæ & similia inventa sunt, sed quod mirum magis animalcula quadam.

A Nois ab hinc decem & novem una cum D. D. Dortomanno & Laurentio professoribus Monspelienfibus, regisque medicis, accitus fui à D. de la Tour abscessu quodam laborante, consilioque simul habito, abscessum illum cauterio aperiri debere judicavimus. Quod postquam præstitum fuit, in eo (mirabile dictu) pilos, ungues, clavos castaneas, uras

uvas, ficus, caseum, pulmentum, mel, ossa, aut eis similia invenimus. Imò quod mirum magis, animalcula quædam illic reperta sunt, diu ita mansit apertus, cum ampla cavitate, & trium magnorum muscutorum nates constituentium femorisque extensioni inservientium, substantiæ deperditione. Tandem verò, Dei beneficio, & remediorum adhibitorum ope, magna illa cavitas repleta & deperdita substantia recuperata est. Ipseque per trium annorum spatium optimè se habuit, Donec anno 1586. abscessus alius duplo major factus est, prodigiola magis materia refertus. Iterum accersiti sumus, rursusque aperiendum esse censuimus: sed ferro cadenti decussatimque dimidium pedem lata apertio facta est, multaq; intus adhibita cauteria, quibus vel penitissima radix absumeretur. Quæ vero inde bis, terue unoquoque die, idque maxima copia effluebat materia non sicut prior diversæ, sed unius ejusdemque naturæ erat, majoribus gemmis simillima: quorum singulæ cystin suam possidebant, in qua quidem quatuor vel quinque continebantur, & in earum rursus unaquaque aliæ, donec minima quæque milii granum æquaret. Materiæ vacuatio diutina admodum fuit, necunquam per sanari potuisset (quod juvenes Chirurghi discant) absque oleo Sulphuris, vitrioli & Mercurii quorum auxilio sanitati restitutus est.

OBSERVATIO XXVIII.

*De Rene purulento in dissecto cadavere reperto
pondus lb xiiij. superante.*

ANno 1578. vocatus fui ut Antonium Rigomme Monspeliensem civem secarem, qui annum attigerat sexagesimum. In istius rene sinistro abscessum magnum reperi purulenta materia plenum, qui ad D. Hucherum Universitatis Monspelienſis Cancellarium, tanquam monstrosum quid delatus fuit, pondus ipsius erat lb xiiij. cum cysti & rene, quæ quidem cystis pellem vervecinam crassitie æquabat. Aliquo post tempore juvenis quidam mercator Pezemas me accivit, qui cum eadem in parte vehementissimo dolore premeretur, alios tum medicos tum Chirurgos accersendos esse putavi. Inter quos adfuerunt D.D. Hucherus, Richerusque professores Regii Monspel. Intellecto affectu in contrarias itum est sententias, etenim maxima pars calculum esse in renibus conjiciebat, præsertim cum aliquantulum puris cum urinis excerneret. Ego contra abscessum esse contendebam, abscessus illius prioris memor, paullo post patiens iterum me rogavit, ut venirem ipsumque intercederem.

derem. Aiebat enim se malle semel mori, quàm tot mortes vivendo per-
peti. Ego cum ipsius tum amicorum omnium precibus motus, convoca-
tisque iis omnibus, qui prius adfuerant, ipsum incidi, locumque materiam
continentem reperi, sed nihil inde exiit, duabus post horis apparatus
primum mutaturus accessi, tractoque penicillo pelvim, (quales sunt in
chirurgorum officinis) accipere coactus sum, cuius plus quam dimidia
pars pure repleta fuit, singulisque sequentibus diebus bis vacuatio fie-
bat, ita ut tum manè, tum serò catinus illo pure impleretur, idque per
mensē integrum & amplius. Tandem vero apposis remediis, un-
guentis scilicet, emplastris, cerotis, injectionibus, ulcus detersum, cicatrix
inducta, ipseque perfanatus est.

OBSERVATIO XXIX.

*De vulneris à telo influcti altiusque cerebro infixi
curatione.*

ANno 1788. quum D. Momorancius magister equitum, Tholosam
proficisceretur, meque ipsum sequi iussisset, à quodam peritisimo chi-
urgo, qui vocatur le Grand, rogatus sum ut una ductorem quendam
militum inviseremus, quicum rustici domum invadere vellet ab eo arcu-
balista in oculo vulneratus erat, adeò ut telum evelli non potuerit, nisi
cujusdam militis opera, qui pede frontem ejus premere coactus fuit in
summo telo portiuncula quædam substantiæ cerebri adhaererat,
ejusdemque non nihil per quinque aut sex dies effluxit, nempe per or-
bitam oculi. Demum à nobis ad motis unguentis, emplastris, cataplasma-
tis anodynis, pristinas vires recuperavit. Ut autem alii exemplo meo
sapere discant, quod mihi olim juveni contigit, dum Gaillac degerem,
paucis enarrabo. Ad divitem quendam rusticum curandum vocatus
sum, qui maximo gladii impetu ictus fuerat, ita ut magna pars bregma-
tis ablata esset, cumque eo portio quædam tam duræ quàm piæ matris,
nec non substantiæ ipsius cerebri. Aspectu primo obstupui, deinde ita
egi, ut eius curatio alii committeretur: hic quoque vulnere inspecto,
nullo modo curari posse cogitans, patientem absque auxilio deseruit, do-
nec curicula quidam advenit, qui ardenti veru laridum transfixit, quod
in vas aqua plenum distillabat, ex eoque sæpius abluto, ita ut nivem can-
dore superaret, medicamentum confecit, cuius præsidio patiens inte-
gram valetudinem adeptus est, posteaque diutissime vixit, hujus rei gna-
rus miseris semper succurrendum nec unquam desperandum esse didici.

OB-

OBSERVATIO XXX.

De pani immensa molis curatione.

ANnis abhinc 46. muliercula quædam Lodevensis, mercatoris panarii uxor in hanc urbem venit, quæ situra an Panus quo occipitium inter primamque cervicis vertebra vexabatur, sanari posset, hic panus immensa molis erat ita ut lb. vi. cum 3. trib. penderet. In consilium adhibiti sunt D. Rondeletius Universitat. Monspel. Cancellarius, & D. Saporita medicinae professor, Regisque Navarræ medicus, egoque cum aliquot aliis chirurgis. Re diligenter perspecta considerataque, operationem chirurgicam moliendam esse decretum est, & propter metum hæmorrhagiæ, (quia cum venarum Jugularium cum arteriarum Carotidum rami resecandi veniebant) minimè parcendum cauteriis, nec ipsi vitriolo. Quin etiam tres aut quatuor magni rami alligandi fuerunt, his omnibus peractis, legitima victus ratione remediisque tam internis quam externis præscriptis, intra septem hebdomadas mulier sanata est, longamque vitam traduxit.

OBSERVATIO XXXI.

De Hydropis nobilis cuiusdam viri octuagesimum ætatis annum admiranda curatione.

ANno 1563. Dominus de Louzum cum jam octuagesimum annum attigisset, longoque tempore hydropse laborasset, D. Rondeletium accersivit, qui cum opera mea opus fore arbitraretur, rogavit ut ipsum comitarer. Cum autem multi jam medici Gallici, Italici, Hispanici certam quandam victus rationem patienti præscripsissent, (paracentesim scilicet propter ætatem & virium imbecillitatem tentare ipsis integrum non erat) D. Rondeletius morbo diligentius perpenso, contrarium prorsus victum instituit. Etenim cum alii omnes monuissent, ut à salitis omnibus maximè abstinere ipse optimis ductis rationibus, ut salitis potissimum uteretur, præcepit, carnibus quippe bubulis salis, pernis, hæcibus & similibus. Ad nimiam verò sitim vitandam, cibi illi condimento quodam ex aceto tantum & saccharo confecto aspergebantur. Præterea tam interna quam externa præscripsit remedia pro internis opiata quædam præcipuè, pro externis verò sequentia assumebantur. Nimirum lixivium ex cineribus vitium, in quo percolato multum sulphuris,

phuris, aluminis & salis addebatur, quotidieque matutinis & vespertinis horis venter, fœmora, crura hoc fovebantur, finito fori cataplasma ex stercorebus bovillis, farinis fabarum & hordei factum adhibebatur, in quo pariter aliquid salis, sulphuris, aluminis ponebatur: his remediis viginti circiter dies usus est, integræque valetudini redditus, ita ut ab illo tempore, sexdecim adhuc annos salvus & incolumis vixerit. Ipse curatus architectum quendam nobis ostendit, qui cum ex accidenti surdus evasisset, nihil quicquam auribus percipere poterat, nisi cum quidam ipsius nepos vel alius quispiam altas in illius ore aperto voces edebat, sic enim quodcunque dictatum fuerat, accipiebat, quod quidem certe nobis dubitandi materiam præbuit. At verò huiusce rei causa à me in Anærome perquisita, nervum quinti jugi, qui aures pertingit, & tum tribus illis ossiculis proximus est, bipartitur, majore sui parte dilatari, adeoque tympanum constituere deprehendi.

OBSERVATIO XXXII.

Cancer ulceratus dextram cujusdam mulieris mammam depascens excisione perfecte curatur.

Cum anno 1755. chirurgica mea studia Monspelii ad finem perduxissem, de Natali solo cogitavi, Galliacum, itaque prope Albani situm peto, ubi pulcherrimum & ditissimum est Xenodochium in dominio & rectoratu divi & Andreæ de Galliaco, in quo tum temporis obiit ipse rector, in cuius locum subrogatus est alius de familia de la Guyche Borbonensi, vir sanè optimus & sanctissimus, cui pauperes carissimi erant, & quorum cura tum in victu, tum in cæteris aliis rebus maxime cordi erat, is igitur cum primum ingressus est, cum ordinem tam erga fratres quam Xenodochium instituit, eaque politia usus est, ut omnibus admirationem pareret, primò etenim decrevit singulos fratres vicissim per integram septimanam pauperum curam gessuras in illis alendis, atque etiam investigarent per totam urbem num alii essent, quibus cum cæteris eadem ratione succurreretur: ut igitur pauperibus melius provideretur, medicum doctissimum & moribus probatissimum magistrum D. Barbastè accersivit, me etiam pro chirurgo una cum magistro Barutel Pharmacopola convocavit. Atque ut Rector nos melius ad officium nostrum invitaret, singulis matutinis cuique nostrum sua stipendia persolvere curabat, cuique pro meritis, qui verò non aderat mercede privabatur: Pro mea igitur præceos primordiis, (cum me tanti oneris indignum ingenuè

ingenue agnoscerem, tum propter doctrinae inopiam, eo tempore, tum etiam rudem in ea exercitatione) sese mihi pulchra molesta tamen praxis obtulit, cancer nempe ulceratus in dextra mamma Johanna Gaytardae, juvenis adhuc, annum agentis circiter 35. Is cancer me prima facie deterruit, sed cum multoties Guidonis nostri caput de cancro adiissem, nec non Gal. lib. 2. ad Glaucanem, in quo de morbo agit, collatisque æquivocis & univocis signis nactus sum ulcus longè lateque prorepens, ejus labra prædura & inversa erant, saniem subnigram, acrem & graveolentem profundens, ægra etiam febricula eum lenibus lipothymiis laborante: quæ omnia signa tanti apud me momenti fuerunt, & certò crederem esse cancerum malignitatis non expertem: Metum autem incuriebat quod scribit Gal. loco superius citato, & Cornelius Celsus cap. 28. lib. 5. Cum tamen mihi persuasum haberem, nihil non posse naturam, nusquam esse desperandum, neq; mihi adversari Aphorism. 38. lib. 6. Operi manum admovi, non medicamentis, id enim probati vetant authores, sed eo remedio, quod unicum mihi supererat, excisione nimirum: cum igitur medicum nostrum in consilium vocassem, (qui quidem ante omnia universum corpus ægrotantis ad evacuationem humoris atrabilarii purgare statuit) operationem meam inchoatus sum excisione, quæ tanta fuit, ut tota mamma atque etiam non exigua portio musculi brachium moventis, qui originem sumit ex magna sterni parte, nec non etiam claviculæ, quem Pentagonon sive pectoralem nominamus, abscindenda mihi fuerit. Perfecta ex arte amputatione, causticum actuale non omissum est, præmissâ prius vacuatione vasorum partem cassam ambientium, ne pars aliqua humoris illius atrabilarii, qui morbi causa conjuncta erat, superesset, atque etiam ut certiore meæ curationis finem consequeretur ipsam partem tenuissimo vitrioli pulvere conspersi, postea conversus sum ad escharæ sublationem, deinde medicamenta detergentia adhibui, sarcotica & epulotica qualia ulceribus præscribi solent, quibus effectum est cum Deo, ut ægra intra duos menses cum dimidio perfectam sanitatem receperit, atque dein decem aut duodecim annos inculcata sanitate vixerit: verum cum illius menstrua purgatio naturaliter, idque propter ætatem & temperamentum cessare cepit, exigui duo cancri oborti sunt, unus in labio inferiori, alter verò circa lumbas, quo viso mihi in memoriam revocavi Celsi dictum loco supra laudato: cum autem prædicta mulier multos & atroces dolores in priori cura perpeffa fuisset, posteriorum excisionem concedere noluit, quare obiit, postquam iis ultra biennium vexata fuisset.

OBSERVATIO XXXIII.

*De portentosa abscessuum multitudine in inferiori puellule
ventre reperorum.*

TRia illa à Galeno sexcentis locis tantoperè celebrata quippe quæ medicinam omni ex parte beatam reddunt, ita sunt necessaria uti medicus vel chirurgus in alterutro horum erret, statim in ipsa scientiâ nihil quicquam certi vel solidi esse videatur. Etenim diagnosi morbi, caularum morborum, partiumque affectarum notitiam medicus habet: prognosi iudicat an morbus superior futurus est, nec ne & tanquam gubernator optimus sævitiam & symptomatum agitationes prævidet ac prædicat. Quo fit, ut non solum doctus tanquam homo habeatur, sed etiam veluti divina aura afflatus suspiciatur, tum futura prædicendo, tum nocituris prospiciendo. Denique Θεραπευτική. (Quæ quidem inveniendorum remedium singulis morbis & symptomatis convenientium regulas tradit) nullus absque prioribus locus est nec præter rationem vulgatum illud fertur, optimè perspectum morbum, fermè sanatum esse. Alioqui enim si consequatur sanitas, id fortunæ potius quàm arti aut industriæ esttribuendum: ut autem cognitio illa pulcherrima, sit & difficillima, potissimum in morbis internis: numerus siquidem & partium corporis varietas, situs, cohærentia portentosa illa nec dum audita, quæ in hoc miserrimo corpore quotidie generantur, symptomatum similitudo efficiunt ut sapissimè doctissimi & peritissimi quique hallucinentur: aded ut de mortuis corporibus inter secandum non rarò deprehenderimus certissimum esse prognoses nostras valde esse incertas: quod in sequenti narratione manifestum fiet, quam hîc in gratiam Chirurgorum inserere volui, ut ad huiusmodi morborum difficilium naturam & causas investigandas magis ac magis incenduntur.

Annis ab hinc sex à D. Carolo de Rezel Consiliario regio in suprema Tholosæ curia accitus sum ad ipsius filiulam 13. menses natam visendam quæ insigni ventris tumore & tensione vexabatur: hanc cum palpassem, tumoremque internum esse & alia utrinque pertingere sensissem. D.D. Hucherum & Saportam doctissimos medicos accersendos esse censisui, & unâ cum illis chirurgos aliquot. Cumque omnes, quantum fieri posset, diligenter essentiam situmque morbi rimarentur, variae admodum fuerunt opiniones: Quidam enim ascitem aiebant: alii abscessum esse contendebant; idque diverso modo: etenim nonnulli in substantia hepatis

hepatis eum esse credebant, alii in liene, alii in pancreate. Hi vero inter epigastrii musculos: quod ad meatum morbi situm, tumoremque cum quadam circumscriptione, quæ à me inter palandum deprehendabatur animadvertens, abscessus quoque esse ilico iudicavi. Sed eos in visceribus nimirum in hepate & liene esse arbitrabar. Quod ad prognosin omnes uno ore pronuntiavimus eam brevi vitam cum morte commutaturam esse, nec ultra diem octavum vivere posse: ferè tamen per 5. menses (quamvis ægerimè) vixit adhuc. Cum primum vita defuncta fuit, ad eam secandam voratus sum, in ea sectione res prorsus admiratione dignæ pæne dicam prodigiosæ nobis visæ sunt. A sinistro enim latere immensæ molis abscessus duplici cysti præditus repertus est, qui quidem ab apophysis transversis vertebrarum Lumborum ortum ducebat, deinde sub liene transiens totum id latus occupabat. Cystis verò pluribus varicosis venis intertexta erat: abscessus avulsus lb. x. pependit, sed quod magis suspiciendum venit, in eo tres alii abscessus ponderis lb. iij. continebantur, singuli cysti sua, similibus venarum ramis, eademque materia donati: quæ materia pulmentum, ova cocta, ficus, carnem & alia ejusmodi præter naturam omninò referebat, à dextrò latere duo iidem immensi abscessus tanquam gemelli prope vertebrae originem trahentes cum simili cysti & venarum ramis sese oculis nostris obtulerunt; uniuscuiusque pondus erat lb. iij. quorum unus cavam jecoris partem adimplebat, alter vero ad os pubis descendebat eademque qua alii materie refertierant. Num hoc planè portentosum videtur, adeo parvam puellulam 3. duntaxat menses natam cum tanta copia talis materię tam diu perdurare potuisse? Abscessus illi ita sursum ad clavículas diaphragma impulerant, ut duorum digitorum spatium pulmonibus non esset reliquum. Sic huius morbi tam difficilis erat cognitio, quam curatio (parcant mihi critici) impossibilis: nec illius causa semini, primæve confirmationi accepta ullo modo erat referenda: siquidem parentes optimo erant habitu & temperamento.

Adde quod omnia huiusce corpusculi viscera partesque principes, cor nimirum, pulmones, jecur, lien, ventriculus reliquæq. laudabili erant colore & consistentiâ nihilque in tota constitutione desiderari poterat, præter quàm quod Vûla carebat, quod notatu dignum, in extremo verò palato erat foramen, quod nutritioni plurimum detrahebat: lac enim sugendo cum ipsum commodè haurire non posset, sapissimè per nares emittere cogebatur. Quod ad multa pituitosa excrementa gignenda plurimum conducere potuit, sufficienti alimonia deficiente, locum verò in quo natura ea reposuerat, definire circumscribere, arduum erat & difficile,

difficile, provida enim natura sibi ipsi semper succurrere volens, latebras, ductus inopinaque & incognita fingit receptacula: ut mirum non sit, si in affectibus intetnis partem affectam non semper exprimere possimus dum modò morbus nobis innotescat.

OBSERVATIO XXXIV.

De quodam rustico pagi cuiusdam prope insulam Albiensem incola cui nomen erat Iohannes Ville ab ictu latientis in capite gravissimè laeso.

ANno 1558. cum emenso expletoque studiorum meorum chirurgicorum cursu in celeberrima Monspelienfi Universitate Galiacum, (qui mihi natalis erat locus) me contulisset, ut ibi chirurgicam praxim exercerem, accitus sum ad dictum locum, ut præfatum Joannem Ville inviserem: eique curando manus admoverem. Inveni ipsum gravi admodum & patenti vulnere in capite affectum. Eumque me adhuc quasi tyronem & parum in retam difficili experire sentirem dubitare cœpi anxius & cogitabundus: didiceram enim ex Hippocrate, Galeno aliisque primæ classis autoribus, vulnera capitis ad ipsam cerebri substantiam penetrantia periculosa esse, fereque funesta, imò vero cum etiam hoc ictu substantiæ cerebri portionem præcisam viderem, eamque piæ & duræ matri adhærentem, quæ quidem meninges cranio ipsi adhuc adhærebant: una cum partibus omnibus continentibus videlicet dermide, epidermide, panniculo carnosio, membrana communi & aliis quas cum omnes separatas planeque à capite sejunctas viderem obstupefactus hæsi, nec quicquam aggredi volui. Uxor vulnerati, ostensa prius parte separatâ, quam in armario conservabat, quomodo id accidisset narravit, dixit itaque hoc à quodam ipsius vulnerati inimico factum esse: qui cum à multo tempore inimicitias gereret cum dicto Joanne Ville, nec tamen ejus ulciscendi sese offerret occasio, ad dolos, fraudesque sese convertit. Talis autem fuit dolus assumpto elephantici habitu, una cum crepiraculis & reliquis ad id necessariis: domum ipsius vulnerati quasi mendicus adit: sed latentem & pallio contectum gerebat ensen, interim infelix vulneratus & proximæ cladis inscius misericordiâ motus è cubiculo descendit elemosynam erogaturus. Cumque illi panem porrigeret, ipse elephantiacus, (aut saltem simulatus elephantiacus) educto è vagina gladio, quem pallio abscondebat: in ipsum imperum fecit, ut amputaret. Quod cum miser ille animadvertisset, caput inclinavit, ictum declina-

declinaturus, adeò ut tantum circa verticem attigerit, ea tamen vi & robore ut præsetam omninò partem à toto separarit. Cum ergo postridie mei adventus in domum vulnerati ter aut quater vulnus diligenter considerassem, & singula attente perlustrassem: proximè adfuturam mortem ægro indubitantem mihi persuadebam, proinde ægrum prognostico relinquendum. Itaque de discessu cogitare cæpi, quem omni via & ratione moliebar: valedico uxori ipsius vulnerati, licet multis me promissis retinere conaretur, & Galiacum redeo. Nec multo post idem præstitit alius chirurgus, magister Johannes vocatus insulæ Albienensis incola. Ita solus infœlix æger ab omnibus desertus omnique privatus auxilio atque ope remansit: interim nescio quo fato & bonis ipsius ægri rebus accedit rusticus quidam, qui cum ita ab omnibus desertum videret & humano omni privatum auxilio ejus curationem aggredi non dubitavit. Hoc autem uno in ejus curatione utebatur tantum remedio: veru seu oblongum ferrum excalfactum planeque igne rubens larido insigebat, suppositamq; pelui stillantem inde pinguedinem colligebat, deinde eandem octies aut decies abluebat, donec albesceret, & in perfectum nivis candorem ferè desineret, hoc liquore seu destillata pinguedine linimenta omnia turundas, lanas carptas, & alia lintamina insuccabat, partique læsæ ad movebat. Et hoc pacto unicoque hoc remedio per duos menses aut circiter eum tractavit: tandemque perfectè curavit: hoc ego audito non solum mirabundus hæsi, sed etiam ægrè tuli, quod ita afflictum illum hominem sine auxilio deseruerim: quod nusquam aut ante contigerat aut postea contigit: hæc dico in gratiam novorum chirurgorum, ut hoc exemplo cauti nunquā de curatione ulcerum quorumcunq; desperent: sed eorum curationem confidenter aggrediantur & ad finem usque perducant præfato tamen prius amicis & astantibus periculo, quod ex tali vulnere impendit: ne si quid humanitus contingat, mortis ægri rei habeantur, & præsidia, quæ multis profuere, infamentur. Vale frater amantissime & præcepti hujus memor Tuo Cabrolio bene precare.

OBSERVATIO XXXV.

De puella clarissimi D. de Roussel in summo Tholosano senatu Consilarii Regii filia mensibus 13. aut circiter nata

Quæ tua toties totque in locis suorum operum à Galeno tanquam medicinæ perfectiva celebrantur: adeò necessaria sunt, ut si horum altero à medico aut chirurgo sit erratum: incerta plane nullisque inixa
1 funda-

fundamenti videri possit scientia. Per diagnosis enim in cognitionem morbi, causæ morbificæ & partium affectuum deducitur. Per prognosin, an de natura morbus, vel de morbo natura victoriam sit reportatura iudicat: & veluti peritus nauta morborum insultus & paraxismos prævidet ac prædicat. Symptomatum accidentiumque tempestates præcognoscit, in quo non solum ut homo doctus, sed etiam supra hominem, humanamque sortem admirandus ac veluti divinitatis cuiusdam participes apparet: dum futura prædicat ac præfagit: & nocitura avertit & antevertit. Tertiæ vero parti (Therapiæ videlicet) quæ inveniendorum remedium & inventis opportunè utendi, morbisque & symptomatis accommodandi præcepta ac regula tradit: nullus ferè est sine duabus prioribus locus, nec certe temere omninò vulgatum illud apud vulgus vulgò iactatur: cognitum morbum jam esse semicuratum, quod etiam medici dicunt: cognitionem morbi, esse in ventionem remedii, alioqui forte potius quàm arte, si quis cureretur, curatus diceretur. Sed ut pulchra omnia sunt difficilia: ita præclara hæc cognitio multis est involuta difficultatibus, potissimum verò in morbis internis. Maximus etenim numerus & varia partium corporis humani varietas, earum situs connexio & sympathia, prodigia & antea inauditi affectus, qui quotidie in hoc corpore gignuntur, similitudo & conformitas accidentium efficiunt interdum ut doctiores & longo artis usu, atque peritia prudentiores, longe aliter quàm res habeat, sentiant: & in sua de tali morbo prognosi ac præfagitione decipiantur, & à scopo aberrant. Quod etiam ipsi sæpè animadvertimus in apertione cadaverum eorum, qui certo morbo interierant: longè alio ab eo qui antea iudicatus fuerat, quoque laborare credebantur. Inter cæteros placuit unum hic quem observavi exempli loco subicere in gratiam novorum chirurgorum, nec dum artis usu & experientia confirmatorum: ut in perquirenda morborum difficultium raroque contingentium natura curiosius, majorique solertia animum applicent, studiumque totum conferant.

Circa finem mensis Novembris, anni millesimi quingentesimi nonagesimi sexti accitus fui in domum clarissimi D. Caroli de Rousel, in summo Tholozano senatu consilarii regii, ut ejus filiam menses circiter 13. natam iaviserem, maximo ventris tumore & inflatione laborantem adeò ut præ inflatione ita impediretur respiratio, ut singulis momentis suffocari videretur: hanc palpari cæpi, percipiensque tumorem hunc internum esse & parumper ad utrumque latus accedere, medicos consulendos censui: vocati sunt, (ut suam de hoc affectu sententiam dicerent) domini Hucherus Cancellarius, & Saporita Vicecancellarius, hujus cele-

jus celeberrimæ Universitatis, medicorum nostri temporis excellentissi-
 mi: & cum eis magistri Jacobus Lautier & Balthazar Gariel una me-
 cum jurati in chirurgia magistri prædictæ civitatis & universitatis. Et
 quamvis quantum in se erat conaretur unusquisque, ut veram morbi
 essentiam atque naturam situm & partem affectam cognitione asseque-
 retur: diversa nihilominus discordesque circa ipsum affectum extite-
 runt sententiæ. Nonnulli enim esse hydropem ascitem jam perfectum
 opinati sunt: cum talis fere morbi pathognomonica signa sese in con-
 spectum darent: Alii abscessum quidem dicebant, sed circa partem affe-
 ctam dissentiebant: cum alii in substantia jecoris, alii in liene ejus sedem
 alii in pancreate, alii inter epigastrii musculos statuerent, ego vero &
 morbi sedem situmque animo perlustrans modum & figuram tumoris
 cum certa circumscriptione quam inter palpandum animadverti statim
 apostema esse judicavi, ita tamen, ut certò crederem in utroque viscere,
 jecore videlicet & liene situm esse, cum alias alia similibus comitata
 symptomatis iis in partibus vidissem. Quoad prognosin convenimus
 omnes. Nam una voce & communi consensu lethalem judicavimus
 affectum hunc, brevique mortem puellæ allaturum: adeò ut nostrum
 nullus esset, qui intra octavum diem interituram non crederet: vixit ta-
 men, licet maximo cum labore & anxietate) usque ad 17 Aprilis anni
 millesimi quingentesimi nonagesimi septimi quatuor circiter menses
 cum dimidio post prædictam prognosin. Ubi autem interiisset, ut cor-
 pus aperirem vocatus fui, quod statim factum est, præsentibus multis
 viris: maximè prædictis duo Saperta medico & Lautier chirurgo jurato:
 In hac apertione tanta tamque multa miraculi planè ac prodigii plena
 animadvertimus (habita teneræ ætatis hujus puellæ ratione) ut omnes
 in admirationem raperentur. Nam in latere sinistro inventus est ab-
 scessus non contemnendæ magnitudinis, duplici cystide involutus: qui
 oriebatur ex medio corpore & apophysis transversis vertebrarum,
 lumborum, & lieni in transitu subiectus totum latus occupabat: & erat
 prædicta cystis undiquaque disseminata & veluti ramificata venis va-
 ricosis, hic abscessus avulsus & libræ impositus, duarum librarum pon-
 dus æquabat. Sed quod nobis magis mirandum fuit, prodigiique instar
 hoc erat: quod intra prædicti abscessus cystidem tres alii adessent ab-
 scessus suâ singuli cystide involuti, & eadem venarum ramificatione disse-
 minati, ponderis libræ unius & semis singuli, eadem omni materia pleni:
 simili pulvis, ovorum coctorum ficium & carnis cum suis fibris & aliis
 peregrinis materiis & planè à præscripto & regimine naturæ alienis. In
 dextro etiam latere duo alii inventi sunt maximi abscessus quasi gemini
 prope

prope vertebrae orti: aliisque ex adverso respondentes simili omnino cystide & varicosarum venarum ramificatione distributioneque involuti: quorum quilibet quatuor ferè librarum ponderis erat: horum alius finas jecoris partes occupabat, alter ad os pubis ferè descendebat. Colligebantur autem ad invicem, adhærebatque alteri alter pedunculo quodam non absimili caudæ, qua gemini inter se copulantur: eadem omnino qua superiores materia referri. Porrentosum certè & prodigio simile ut puellula, quæ vix decimum quartum mensem attigerat, tam diu superesse potuerit; tanta talis materiæ oppressa mole, quantam vix constantis ætatis aliquis perferre potuisset. Et certè adeò sursum claviculas versus diaphragma compressem, ejusmodi abscessus, ut vix duorum digitorum interstitium pulmonibus ad motum superesset: quod maximè in causa fuit, ut veluti suffocata animam efflaret. Ecce igitur quomodo non minus cognitu difficilis, quàm curatu impossibilis esset iste morbus. Tanti vero affectus causa quænam extiterit dictu difficile est. Neque enim in genitale semen, primamque in utero conformationem referenda videtur: cum uterque parentum non solum sit optimi habitus & laudabilis temperamenti: Sed & ex bene habitis beneque temperatis progenitoribus oriundi. Adde quod tenelli huius corpusculi viscera omnia & principes partes, ut cor, hepar, lien, pulmones, stomachus, & similes laudabilis essent coloris, & consistentiæ, quod bonitati principiorum generationis satis superque attestebatur. Nec ullus erat error, aut defectus in conformatione huius corpusculi: nisi quod vixula, seu (ut vocant) Gurgulione careret, (quod maximè notandum est) sed quasi eius loco circa fundum palati appareret foramen: quod eius nutritioni non parum incommodi afferebat, cum lac è mamis sugeret, nec commodè ob prædictum foramen deglutire posset, sæpissimè coacta per nares rejiciebat. Quod potuit promovisse multorum excrementorum generationem maximè pituiformum, convenientis alimenti inopiâ. Verum in hoc difficultatis præcipuus cardo versatur, ut quonam eiusmodi excrementa natura deposuerit cognoscamus. Ipse enim sagax provida & suæ conservationis sollicita inopinatos sibi ductus, recessus & conceptacula fabricatur, in quæ suas detrudat sordes & excrementa & miranda ut sese conservet molitur. Nec propterea mirum videri debet, si interdum in internis affectibus non propriè judicetur pars affecta, modò ipse affectus cognoscatur. Hanc narrationem quia scitu digna nobis visa est in studiosorum gratiam his nostris observationibus interserere placuit: hanc æqui bonique consulet benevolus Lector.

F I N I S.

pro-
vina
Col.
pro-
mi-
mille
per-
nisi
rui
no.
ein
con
an.
nim
vi-
bi-
ni-
de
ne-
sin
rea
in-
di-
cat
ma-
a-
ara
tio-
ur,
ver
ne-
ca-
um

